6
22-c
40

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
19 F
59

XIV. 12. 24.
6.



6-22. c. 40

273

DE PRIMORDIO

Fęliciq; Succeſſu Vrbis Venetę
Opuſculum, Elegiaco Car=
mine exaratum Adriacis
Iuuenibus ſtudioſis, Cæterisq; alijs Muſarum.
Amatoribus.

Libri tres Vrbis Venetæ, Libri quattuor
Elegiarum, Libri tres Epigrammatum

Gregorij Oldouini Cremonenſis.



Auſpice Chriſto, Diuoq; Leone.

Ad Capellum ædis Diui Marci Præſidem, Procuratoremq; pientiſſimum Decaſtixon.

Vmbra Domus iucunda mihi, pergrata Capellæ,
  Sub qua nocte, die ſtare, fruiq; iuuat.
Alma Domus viduas, pupillos, inopeſq;, vagoſq;
  Protegit, & miſeris fert alimenta viris.
Gloria, ſplendor, honos, Diui Cultuſq; Leonis
  Integer, ac laudes ſemper in æde vigent.
En Hymni, Pſalmi, Cantus, en Organa dulcem
  Pulſa ſonum reddunt, dulce meloſq; ſuum.
Quàm bene ſacra regis, bene quàm Diuina gubernas,
  Quàm vigil & Marci iuſq;, piumq; foues.

Viue, & Vale,

O, & præſidium, & dulce decus meum.

Gregorius Oldouinus Magnifico D. Antonio Cappello Diui Marci Procuratori digniſſimo Salutem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ATHENAS, Romam, Vrbes Inclytas laudarunt veteres, hanc veluti mundi caput, & dominam, illas vt artium omnium altrices. Noſtri vero ſę-culi homines Antoni opulẽtiſſimam Vrbem tuam, fælıciſſimamq; laudant, & extollunt, nec imme-ritò, Vrbs enim eſt, quæ omnium conſenſu Re-gina Maris, Terrarum Domina. Libertatis nu-trix, Iuſtitię Regimen, Mater religionis, fidei Co-lumen, Italię Decus, Orbis Conſilium, ſplendor equitum, Sublimitas Principum. Diadęma Re-gum, Maieſtas Imperatorum, Sanctitas Ponti-ficum, Statio omnium, portus, confugium, & Aſylum. Vrbs quippe Dei Optimi Maximi Numine condıta, Diuinis aucta auſpicijs, & in perpetuis ſeruata Imperijs. Vrbs vrbium longe prima, ditiſſıma, & pulcherrima, in qua præ cun-ctis vrbibus optime, tutiſſimeq; degitur & viui-

tur. Venetijs enim, quicquid boni ſparſim alijs in locis, quicquid virtutis, quicquid ingenij, Sapientiæ, honeſti, officij, Diuini Cultus, abunde eſt. Venetijs Spartanorum, Perſarum, Athenienſium, Romanorum potentia reuiuiſcit. Senatus, Magiſtratusq́; omnes vigent, ac florent, Venetijs Imperium terra, mariq́; amplum, fauſtis augurijs ortum, fælici ductu, ſolerti conſilio, vigili prouidentia rectum, iuſtitia ſeruatum, pietate vero, & religionis cultu ſeruandum, Venetias demum vrbem tuam opulentiſſimam, & celeberrimam omnes colunt, omnes prædicant. Omnes ad aſtra tollunt. Quam & ipſe mirifice conditam, imo Diuinitus, pro ingeniolo verſibus extuli, En opuſculum de primordio huiuſce vrbis tuę compoſitum, quod diu cogitanti mihi, cui nam potiſſimum dicari poſſet, nemo fuit tandem, cui melius, ac decentius, q̃ tibi Patrono meo illuſtri, cui libentiſſime dicaui. Accipe igitur (oro) accipe fronte Hilari, qua ſoles omnia, xeniolum, qualecũq; meũ, amplitudini tuæ dicatum. Vale, & viue, memorisq́; mei Memor eſto.

Ad libellum egredi nolentem.

Exi, vade foras libelle tandem,
Exi, ne trepides ſubire lucem.
Quid ſtas? quid renuis proterue, demens?
Quid fles? quidue gemis tremens libelle?
Num fles, quòd Dominum tuum relinquis?
Hinc, dic, ſi lachrymæ, probamus illas.
Non, fletus mihi dens caninus atrox.
Heu me liuor edax laceßet vrgens.
Ergo tu refugis timens edacem
Liuorem? Cynicum libelle dentem?
Hinc, dic, quid nocui? maliq́; morſus.
Quid peius? nihil, ergo promptus exi.
Si menda, aut vitium, domi manendum eſt.
Sit labes licet, omnis error exi.
Non eſt, qui vitij libellus expers,
Diuus Mæonides, Maro reprehenſus.
Nam cunctis ſuus error attributus.
Ergo carpe viam libelle tandem.
Exi, ne timeas Leone tutus,
Diuumq́; auſpicijs, Deiq́; nutu,
Exi, vade libens videre lucem.

Ad lectorem.

NON mirum eſt lector candide, ſi quis audet in Dramate Comœdia ſcilicet, vel potius Tragædia vitæ humanæ in Scenam prodire, & aliquid moliri: cum liceat cuiq; pro ingenio agere, quod bene, vel male, ſerio, vel ioco proſit, aut delectet, noſtra præſertim tempeſtate, qua ſcribimus indocti, doctiq; poœmata paſſim, hic heroico verſu laudes Regum. Ille Elegiaco erumnas hominum. Hymnos alius Deorum. Fabellas alius, vel hiſtorias proſequitur, & alius aliud varium ſemper, & diſsimile, nunq̃ idem omnes. Velle ſuum cuiq; eſt, nec voto viuitur vno. Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus. Et id profectò iucundũ, & delectabile eſt, vnde ego plurimos, imo ferè omnes conſpiciens varie operantes, varieq;, ac multifarie ſcribentes, ne ſolus inutilis, incocinnus, & ocioſus, quemadmodum Diogenes, qui Corinthi vltro, citroq; Dolium vertebat, Opuſculum qualecunq; vides, exiguum peregi. Paruos parua decent, magnos ingentia vates. Quocirca grandia

molientes plauſu magno ſpectatorum in Scænam prodibunt, & agent Achillem, vel Agamemnonem. Ego non Aiacem, non Herculem, ſed Mycillum, aut Therſitem egi: Tantillum igitur operatus, & munere functus meo, ſedens alios ſpectabo, tu vero quicunq; legis hos luſus, primitias noſtras, meditare, excogita, confice & tu aliquid, quod ſit perpetuo tuum, & quod te aliquando fuiſſe teſtetur, Da plausum, aut agens aliquid in Scęnam prodi. Vale, & boni; ęquiq; Conſule.

Ad lectorem

Imparibus numeris forſan mirabere, curnam
Scripſi, Mæonijs quæ celebranda modis.
Non ꝑ neſcierim, ſtudioſe conſcius egi,
Quale vides, elego carmine lector opus.
Mars ferus, ignis atrox, ſpolium, crudelis & hoſtis
Attila, perq́; omnes mortis imago vias.
Confugium, luctus, vallis deſerta, paluſq́;
Materies elegis cauſa fuere meis.
Debile principium, quãq; poſt omnia fato
Paulatim profugis grandia facta viris.
Hic noua conſpicies Venetæ primordia gentis,
Vrbis & vndiſono mænia ſtructa mari.
Viſaq́; Diuorum Magno pia Numina Diuo,
Conditaq́; auſpicijs templa petita ſuis.
Aurea fana, Domos viuo de marmore celſas,
Multiplices, varias diuitis vrbis opes.
Reginam pelagi, matrem pietatis, honorem
Virtutis, cultus & Decus omne pij.

Iuſtitiæ regimen, fidei tutamen, alumnam
Pacis, ſolamen totius Italiæ.
Chriſticolam gentem, placidam, ſanctumq́; Senatũ,
Magnificum populum, mirificumq́; Ducem.
Conſtructam fatis vrbem, fatisq́; perennem,
Omnes quam Diui, quam Deus ipſe colit.

Ad lectorem.

Cognoſces tenuem legens libellum,
Ortus Adriacæ, ſtatusq́; gentis,
Ædes marmoreas potentis vrbis.
Res miras Venetum breui coactas,
Fatale Imperium, bonum, malumq́;,
Quodcunq; Adriaco Duci tributum eſt.
Vires præualidas trium Deorum,
Neptunni, Iouis, atq; Ditis atri,
Omnes cælicolas nouę fauentes
Vrbi, quę celebris ſtat orbe toto.
Quę nunc Emporium, penusq́; mundi,
Quæ Regina Maris potens in vndis,
Sedes, hoſpitium, quies, receptus

Iactatis, Statio, vagiſq; portus.
Lenimen profugis, reis Aſylum,
Solamen miſeris, pijs leuamen.
Munimen populis ſibi propinquis,
Tutamen ſocijs, ſalus amicis.
Præſens ſubſidium, ſalubre cunctis.
Vrbs quæ præſidijs beata Diuum.
In qua ius, pietas vigent, honorq;,
Maieſtas, regimen, Decusq; patrum,
Candor, Relligio, Deiq; Cultus
Veri, Chriſticolum fides perennis.

De primordio omniq; materia nutu,
Deum parata Vrbis Venetæ

LIBER I.

ADRIACAE memoranda cano primordia gentis,
Structa mari Venetę pergama, & Vrbis opes.
Marce tuo mihi Diue (precor) ſuccurre canenti
Numine, & optatam verſibus affer opem.
Tu mea Calliope, meus es Gryneus Apollo,
Quo ſine phœbæę nil valet artis opus.
Te ſine preſſa gemit vario ſub pondere cymba,
Nec tantum exiguum ſuſtinet author onus.
Tu cauſam mihi Diue refer, quæ ſtagna coegit
Incolere, & liquidis ponere tecta locis.
Vrbs noua percelebris totum cantata per orbem,
Fælix auſpicijs, vrbsq; beata pijs.
Vrbs modo, quæ longe princeps, cui gloria ſumma,
Et cui tot meritis parta Trophęa ſuis.
Vrbs, quæ tantum alias inter caput extulit vrbes,
Quantum alias nitido Sol premit igne faces.
Vrbs, quæ ſydereis ſe tollit ad aſtra columnis,
Et procul aurato marmore fulta nitet.

Æmula Romanæ cunctis virtutibus vrbi.
Diues opum, magni diues & Imperij.
Facta maris Regina potens, terræq́; per vrbes
Imperat, & miti ſub ditione tenet,
Emporium mundi, Statio fidiſſima cunctis,
Optatus nautis portus, & aura vagis.
Vndiq; conueniunt naues, concurſus & ingens
Æquoreas properat nocte, dieq́; vias.
Turba frequens hinc, inde ruit, terraq́;, mariq́;,
Aduena ſemper adeſt, Incola ſemper abit.
Adriaco conſtructa ſinu, diſtenta per vndas
Cæruleas, refluo ſtatq́; refuſa mari.
Hic, vbi tot gentes, tot & alta palatia cernis,
Et tot diuitias, terra paluſtris erat,
Retibus hic quoties, quoties & arundine piſcis
Captus, vbi paſſim tecta ſuperba vides.
Vallis erat deſerta viris, & inhoſpita tellus,
Et ſolum mergis culta lacuna ſuis.
Quid primum? niſi canna leuis? carexq́; palusq́;?
Dum pax, dum viguit pacis alumna quies?
Adria ſed poſtq̃, Tergeſte, Aquileia, gradusq́;,
Altinum, & ſimili Ceneta verſa malo.

Poſtq̃ Pannonio cecidit Concordia Marte,
Subiectaſq; manus Feltria tota dedit.
Tauriſium, vrbs Pataui, Veronaq; funditus vſta,
Brixia, Vulcano Crema cremata truci.
Necnon horribili turrita Cremona tumultu,
Et Mediolanum grande, potenſq; ruit.
Parma ferò cecidit, ceciditq; Placentia bello,
Deſtructa eſt Mutina, Ianua ſtrata ſolo.
Verſa fuit, quamuis Florentia ſponte dediſſet,
Hauſtaq; diuitijs Thuſcia tota ſuis.
Mantua tuta lacu, licet, ac Ferraria fortis,
Combuſtę, tignis igne furente ſuis.
Quid tibi tunc ſtudium, quid dogma Bononia ſolers?
Ingenium, vires quid valuere tuæ?
Innumerę poſtq̃ tantis ardoribus vrbes,
Funditus & flammis mœnia verſa feris.
Tum Romam illuſtrem ſperat comburrere demens
Attila, & ex tuſco barbara caſtra mouet.
Impius aggreditur ſanctam peſſundare Romam,
Pontificem, Chriſtum pellere & inde pium.
Sed Leo prȩualidus Diuini Paſtor ouilis,
Obuius armatis vndiq; Chriſticolis.

Congreſſus vetuit miti ſermone furentem,
Sanctus & inſanum vir ratione virum.
Clauiger, & Paulus ſimul acer in aere viſi,
Terrentes rabidum numine, voce canem.
Terrentes viſi, viſi fera fata minantes,
Ni properet celeres inde repente vias.
Claue ſenex, gladioq́; comes Tharſenſis acuto,
Pro Chriſto fortes, præualidiq́; pio.
Attila conclamant, audax, temerarie, demens,
Impie feſtina, perfide tolle moram.
Hinc molire viam, procul hinc inſane, maligne,
Signa moue, propera, carpe profane fugam.
Obſtupuit viſu diuum, tremefactus, & expes,
Corripuit celeres protinus inde vias.
Territus inde abijt Diuino Numine, moxq́;
È latio, & toto ceſſit ab orbe breui.
Damnauere viri leuitatem regis amici,
Stultitiam necnon increpuere Duces.
Haud mora, percuſſus lætali vulnere ceſſit
E vita, ad ſtygios tractus & inde lacus.
Dat pœnas ſtygijs meritas cruciatus in vndis
Attila, Chriſticolis ob malefacta viris.

Tiſiphone breuibus colubris torquata profanum
Excruciat, torquet nocte, dieq́; virum.
Supplicium renouat, renouat tormentaq́; ſonti,
Carnifici penæ non datur vlla quies.
Qualia Chriſticolis ſacer hic mala, quanta peregit
Attila, demonſtrant oppida ſtrata ſolo.
Vrbes euerſæ, quarum veſtigia nuſquam,
Et quarum tandem vix monumenta manent.
Vix nunc apparent Concordia, Ceneta, magnæ
Vrbes, nunc villę, prędia, rura, ſolum.
Emporium latio vix nunc Aquileia ſuperſtat,
Quæ celebris, diues, vrbs opulenta fuit.
Altinum nuſq̃, nuſquam tot mænia (cerne)
Paſcua, canna, palus, & loca ſenta ſitu.
Volue animo cædes, incendia, ſtupra, rapinas,
Quę miſeræ Italię facta fuere tuæ.
Raptus virgineos, Veſtales vndiq; tractas,
Tot mala, tot ſacris impia facta locis.
Infantes miſeræ matris tot ab vbere raptos,
Tot pueros, iuuenes, tot cecidiſſe viros.
Heu quot crudeli percuſſæ Marte phalanges,
Heu quot tartareis agmina miſſa focis.

Hæc fera bella mouent animos, præcordia tangunt,
Hæc gemitus, lachrymas conficiuntq; graues,
Congeme corde graui, ſuſpiria pectore funde,
Conſtriſta, luge, vociferare, dole.
Deteſtare ducem, qui talia prælia tentat,
Deſtrue, trade neci, qui mala tanta facit.
Mauortem damna, damna, qui cauſa ruinæ,
Hunorum Regem, qui ſacer orbe, ferum.
Cauſa mali tanti Mauors crudelis, & acer
Attila, qui Maſtix, hoſtis atroxq; Dei.
Attila Pannonius, quo non crudelior alter,
Attila, quo nūq; peior in orbe fuit.
Quid trux matricida Nero? Mezentius atrox?
Iungere qui viuis mortua corporibus?
Quid Phalaris? Quidnam Dionyſius ille tyrānus?
Sacrilegus toties, impius arte Deis?
Crudeles nimium (fateor) nimiumq; maligni,
Attila ſed cunctis ſæuior hoſtis erat.

Illi priuatim ſæui, Sed publicus iſte.
Cuius in arbitrio faſq;,nefaſq; ſuo
Non ſat uictori ſpolium, non aureus enſis,
Non thorax, Caßis, non equus, hoſtis iners,
Palma ſatis Marti, ſatis eſt uictoria læta,
Eximius ſatis eſt iure triumphus honos,
Victor atrox nulli parcit, veniamq; roganti
Denegat, occidit, ſurripit omne bonum,
Omnia ſunt prædæ, prouentus, horrea, ueſtes,
Aerea quæq; domi, prædia quæq; foris.
Hic meus inquit ager noſtri poßeßor agelli,
Hæc mea ſunt, migra ruſtice, carpe fugam.
Infœlix ſpoliatus abit, percußus ab hoſte.
Quilibet infœlix, pauper, inopsq; uagus,
Inguine, ſi captus diues, torquetur acerbe,
Inguine diſtricto Diues ob æra gemit,
Impie Mars cur tanta tibi conceßa poteſtas?
Impie cur armis iusq;, piumq; tuis?
Per te ius tacitum, per te lex condita dormit,
Per te Mars, uirtus, mos, pudor omnis abeſt,
Per te nulla fides, pietas, clementia nulla,
Nullaq; iuſtitia eſt, nullaq; relligio.

Per te diues eget per te diteſcit egenus,
Per te Crœſus inops, diues & Irus adit.
Aerea diues opum fugiens, argentea vaſa
Deſerit, & gemmas, aurea cuncta ſimul.
Optima deſpiciunt: & maxima quæq; relinquunt,
Et capiunt celerem Marte agitante fugam.
Vnica ſpes miſeris ſolam ſeruare ſalutem:
Vnica carnificum ſpeſq; cauere necem.
Diffugiunt pueri, iuuenes, trepidæq; puellæ,
Diffugiunt vetulę, decrepitiq; ſenes.
Diffugiunt omnes, rapidiq; per auia currunt,
Huc, illuc pręceps ſexus uterq; ruit.
Vt pauidæ fugiunt Aquila ueniente Columbæ,
Vtq; Lupo pecudes, vtq; Leone feræ,
Sic omnes hinc, inde ruunt, dant terga fugaces,
Et celerant dubias hoſte ſequente uias.
Per iuga, per montes, valles, ſalebroſaq; ſaxa,
Per rupes, dumos, arbuta, ſtagna, lacus,
Antra tenent, ſubeunt latebras, & luſtra ferarum
Inuia, detur vbi deniq; vita, ſalus.
Sed cum nulla quies, ſtatio cum nulla daretur.
Tunc bene, tunc profugis terra relicta viris:

Poſtq; terra domum, requiem deſerta negauit,
Sola palus requiem, ſola domumq; tulit.
Sola palus tandem miſeris tellure relicta,
Solaq; iactatis ſtagna habitata uiris.
Tunc mare Principibus crudeli Marte fugatis,
Tunc mare diuitibus, pauperibusq; ſalus.
Tunc mare confugium, ſtatio, tutela, quiesq;,
Lenimen, refluis dulce leuamen aquis.
Tunc mare ſolamen cunctis (mihi crede) miſellis,
Tunc mare præſidium, portus, & aura viris.
Ad mare quiſquis adit magno diſcrimine lapſus:
Ereptus, necnon ſoſpes ab hoſte truci.
Huc quicunq; pedes, celerem quicunq; recurſum.
Incolumes, tuti valle fuere uiri.
Hic bene defenſi, ſparſiq; per æquoris algam,
Ceperunt animum, ſpemq;, fidemq; loci.
Depoſuere metum ſalui, pauidumq; tremorem,
Et læti cantus concinuere pios.
Quas ſuperis laudes? quos hymnos? cantica quanta?
Quantaq; thuricremis Thura dedere focis?
Quanta Ioui ſummo, quantaſq; egere Tonanti
Grates? & Chriſto qualia, quanta pio?

Ad lectorem.

NON mirum eſt lector candide, ſi quis audet in Dramate Comœdia ſcilicet, vel potius Tragœdia vitæ humanæ in Scenam prodire, & aliquid moliri: cum liceat cuiq; pro ingenio agere, quod bene, vel male, ſerio, vel ioco proſit, aut delectet, noſtra præſertim tempeſtate, qua ſcribimus indocti, doctiq; poœmata paßim, hic heroico verſu laudes Regum. Ille Elegiaco erumnas hominum. Hymnos alius Deorum. Fabellas alius, vel hiſtorias proſequitur, & alius aliud varium ſemper, & diſsimile, nunq̃ idem omnes. Velle ſuum cuiq; eſt, nec voto viuitur vno. Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor vſus. Et id profectò iucundũ, & delectabile eſt, vnde ego plurimos, imo ferè omnes conſpiciens varie operantes, varieq;, ac multifarie ſcribentes, ne ſolus inutilis, incocinnus, & ocioſus, quemadmodum Diogenes, qui Corinthi vltro, citroq; Dolium vertebat, opuſculum qualecunq; vides, exiguum peregi. Paruos parua decent, magnos ingentia vates. Quocirca grandia

molientes plauſu magno ſpectatorum in Scænam prodibunt, & agent Achillem, vel Agamemnonem. Ego non Aiacem, non Herculem, ſed Mycillum, aut Therſitem egi: Tantillum igitur operatus, & munere functus meo, ſedens alios ſpectabo, tu vero quicunq; legis hos lusus, primitias noſtras, meditare, excogita, confice & tu aliquid, quod ſit perpetuo tuum, & quod te aliquando fuiße teſtetur, Da plausum, aut agens aliquid in Scęnam prodi. Vale, & boni; ęquiq; Conſule.

Ad lectorem

Imparibus numeris forſan mirabere, curnam
Scripſi, Mæonijs quæ celebranda modis.
Non ꝙ neſcierim, ſtudioſe conſcius egi,
Quale vides, elego carmine lector opus.
Mars ferus, ignis atrox, ſpolium, crudelis & hoſtis
Attila, perq́; omnes mortis imago vias.
Confugium, luctus, vallis deſerta, paluſq́;
Materies elegis cauſa fuere meis.
Debile principium, quãq̃; poſt omnia fato
Paulatim profugis grandia facta viris.
Hic noua conſpicies Venetæ primordia gentis,
Vrbis & vndiſono mœnia ſtructa mari.
Viſaq́; Diuorum Magno pia Numina Diuo,
Conditaq́; auſpicijs templa petita ſuis.
Aurea fana, Domos viuo de marmore celſas,
Multiplices, varias diuitis vrbis opes.
Reginam pelagi, matrem pietatis, honorem
Virtutis, cultus & Decus omne pij.

Iuſtitiæ regimen, fidei tutamen, alumnam
Pacis, ſolamen totius Italiæ.
Chriſticolam gentem, placidam, ſanctumq; Senatũ,
Magnificum populum, mirificumq; Ducem.
Conſtructam fatis vrbem, fatisq; perennem,
Omnes quam Diui, quam Deus ipſe colit.

Ad lectorem.

Cognoſces tenuem legens libellum,
Ortus Adriacæ, ſtatusq; gentis,
Ædes marmoreas potentis vrbis.
Res miras Venetum breui coactas,
Fatale Imperium, bonum, malumq;,
Quodcunq; Adriaco Duci tributum eſt.
Vires prævalidas trium Deorum,
Neptunni, Iouis, atq; Ditis atri,
Omnes cælicolas nouę fauentes
Vrbi, quę celebris ſtat orbe toto.
Quę nunc Emporium, penusq; mundi,
Quæ Regina Maris potens in vndis,
Sedes, hoſpitium, quies, receptus

Iactatis, Statio, vagisq́; portus.
Lenimen profugis, reis Aſylum,
Solamen miſeris, pijs leuamen.
Munimen populis ſibi propinquis,
Tutamen ſocijs, ſalus amicis.
Præſens ſubſidium, ſalubre cunctis.
Vrbs quæ præſidijs beata Diuum.
In qua ius, pietas vigent, honorq́;,
Maieſtas, regimen, Decusq́; patrum,
Candor, Relligio, Deiq́; Cultus
Veri, Chriſticolum fides perennis.

De primordio omniq; materia nutu,
Deum parata Vrbis Venetæ

LIBER I.

ADRIACAE *memoranda cano primordia gentis,*
Structa mari Venetę pergama, & Vrbis opes.
Marce tuo mihi DIue *(precor) ſuccurre canenti*
Numine, & optatam verſibus affer opem.
Tu mea Calliope, meus es Gryneus Apollo,
Quo ſine phœbæę, nil valet artis opus.
Te ſine preſſa gemit vario ſub pondere cymba,
Nec tantum exiguum ſuſtinet author onus.
Tu cauſam mihi Diue refer, quæ ſtagna coegit
Incolere, & liquidis ponere tecta locis.
Vrbs noua percelebris totum cantata per orbem,
Fælix auſpicijs, vrbsq; beata pijs.
Vrbs modo, quæ longe princeps, cui gloria ſumma,
Et cui tot meritis parta Trophęa *ſuis.*
Vrbs, quæ tantum alias inter caput extulit vrbes,
Quantum alias nitido Sol premit igne faces.
Vrbs, quæ ſydereis ſe tollit ad aſtra columnis,
Et procul aurato marmore fulta nitet.

Æmula Romanæ cunctis virtutibus vrbi.
Diues opum, magni diues & Imperij.
Facta maris Regina potens, terræq; per vrbes
Imperat, & miti ſub ditiona tenet,
Emporium mundi, Statio fidiſsima cunctis,
Optatus nautis portus, & aura vagis.
Vndiq; conueniunt naues, concurſus & ingens
Æquoreas properat nocte, dieq; vias.
Turba frequens hinc, inde ruit, terraq;, mariq;,
Aduena ſemper adeſt, Incola ſemper abit.
Adriaco conſtructa ſinu, diſtenta per vndas
Cæruleas, refluo ſtatq; refuſa mari.
Hic, vbi tot gentes, tot & alta palatia cernis,
Et tot diuitias, terra paluſtris erat,
Retibus hic quoties, quoties & arundine piſcis
Captus, vbi paſsim tecta ſuperba vides.
Vallis erat deſerta viris, & inhoſpita tellus,
Et ſolum mergis culta lacuna ſuis.
Quid primum? niſi canna leuis? carexq; palusq;?
Dum pax, dum viguit pacis alumna quies?
Adria ſed poſtq̃, Tergeſte, Aquileia, graduſq;,
Altinum, & ſimili Ceneta verſa malo.

Poſtq̃ Pannonio cecidit Concordia Marte,
Subiectaſq; manus Feltria tota dedit.
Tauriſium, vrbs Pataui, Veronaq; funditus vſta,
Brixia, Vulcano Crema cremata truci.
Necnon horribili turrita Cremona tumultu,
Et Mediolanum grande, potenſq; ruit.
Parma ferò cecidit, ceciditq; Placentia bello,
Deſtructa eſt Mutina, Ianua ſtrata ſolo.
Verſa fuit, quamuis Florentia ſponte dediſſet,
Hauſtaq; diuitijs Thuſcia tota ſuis.
Mantua tuta lacu, licet, ac Ferraria fortis,
Combuſtę, tignis igne furente ſuis.
Quid tibi tunc ſtudium, quid dogma Bononia ſolers?
Ingenium, vires quid valuere tuæ?
Innumerę poſtq̃ tantis ardoribus vrbes,
Funditus & flammis mænia verſa feris.
Tum Romam illuſtrem ſperat comburrere demens
Attila, & ex tuſco barbara caſtra mouet.
Impius aggreditur ſanctam peſſundare Romam,
Pontificem, Chriſtum pellere & inde pium.
Sed Leo pręualidus Diuini Paſtor ouilis,
Obuius armatis vndiq; Chriſticolis.

Congreſſus vetuit miti ſermone furentem,
Sanctus & inſanum vir ratione virum.
Clauiger, & Paulus ſimul acer in aere viſi,
Terrentes rabidum numine, voce canem.
Terrentes viſi, viſi fera fata minantes,
Ni properet celeres inde repente vias.
Claue ſenex, gladioq; comes Tharſenſis acuto,
Pro Chriſto fortes, præualidiq; pio.
Attila conclamant, audax, temerarie, demens,
Impie feſtina, perfide tolle moram.
Hinc molire viam, procul hinc inſane, maligne,
Signa moue, propera, carpe profane fugam.
Obſtupuit viſu diuum, tremefactus, & expes,
Corripuit celeres protinus inde vias.
Territus inde abijt Diuino Numine, moxq;
È latio, & toto ceſſit ab orbe breui.
Damnauere viri leuitatem regis amici,
Stultitiam necnon increpuere Duces.
Haud mora, percuſſus lætali vulnere ceſſit
E vita, ad ſtygios tractus & inde lacus.
Dat pœnas ſtygijs meritas cruciatus in vndis
Attila, Chriſticolis ob malefacta viris.

Tiſiphone breuibus colubris torquata profanum
Excruciat, torquet nocte, dieq; virum.
Supplicium renouat, renouat tormentaq; ſonti,
Carnifici penæ non datur vlla quies.
Qualia Chriſticolis ſacer hic mala, quanta peregit
Attila, demonſtrant oppida ſtrata ſolo.
Vrbes euerſæ, quarum veſtigia nuſquam,
Et quarum tandem vix monumenta manent.
Vix nunc apparent Concordia, Ceneta, magnæ
Vrbes, nunc villę, prędia, rura, ſolum.
Emporium latio vix nunc Aquileia ſuperſtat,
Quæ celebris, diues, vrbs opulenta fuit.
Altinum nuſquã, nuſquam tot mænia (cerne)
Paſcua, canna, palus, & loca ſenta ſitu.
Volue animo cædes, incendia, ſtupra, rapinas,
Quę miſeræ Italię facta fuere tuæ.
Raptus virgineos, Veſtales vndiq; tractas,
Tot mala, tot ſacris impia facta locis.
Infantes miſeræ matris tot ab vbere raptos,
Tot pueros, iuuenes, tot cecidiſſe viros.
Heu quot crudeli percuſſæ Marte phalanges,
Heu quot tartareis agmina miſſa focis.

Hæc fera bella mouent animos, præcordia tangunt,
 Hæc gemitus, lachrymas conficiuntq; graues,
Congeme corde graui, ſuſpiria pectore funde,
 Conſtriſta, luge, vociferare, dole.
Deteſtare ducem, qui talia prælia tentat,
 Deſtrue, trade neci, qui mala tanta facit.
Mauortem damna, damna, qui cauſa ruinæ,
 Hunorum Regem, qui ſacer orbe, ferum.
Cauſa mali tanti Mauors crudelis, & acer
 Attila, qui Maſtix, hoſtis atroxq; Dei.
Attila Pannonius, quo non crudelior alter,
 Attila, quo nūq̃; peior in orbe fuit.
Quid trux matricida Nero? Mezentius atrox?
 Iungere qui viuis mortua corporibus?
Quid Phalaris? Quidnam Dionyſius ille tyrānus?
 Sacrilegus toties, impius arte Deis?
Crudeles nimium (fateor) nimiumq; maligni,
 Attila ſed cunctis ſæuior hoſtis erat.

Illi priuatim ſæui, Sed publicus iſte.
Cuius in arbitrio faſq;,nefaſq; ſuo
Non ſat uictori ſpolium, non aureus enſis,
Non thorax, Caſsis, non equus, hoſtis iners,
Palma ſatis Marti, ſatis eſt uictoria læta,
Eximius ſatis eſt iure triumphus honos,
Victor atrox nulli parcit, ueniamq; roganti
Denegat, occidit, ſurripit omne bonum,
Omnia ſunt prædæ, prouentus, horrea, ueſtes,
Aerea quæq; domi, prædia quæq; foris.
Hic meus inquit ager noſtri poſseſsor agelli,
Hæc mea ſunt, migra ruſtice, carpe fugam.
Infœlix ſpoliatus abit, percuſsus ab hoſte.
Quilibet infœlix, pauper, inopsq; uagus,
Inguine, ſi captus diues, torquetur acerbe,
Inguine diſtricto Diues ob æra gemit,
Impie Mars cur tanta tibi conceſsa poteſtas?
Impie cur armis iusq;, piumq; tuis?
Per te ius tacitum, per te lex condita dormit,
Per te Mars, uirtus, mos, pudor omnis abeſt,
Per te nulla fides, pietas, clementia nulla,
Nullaq; iuſtitia eſt, nullaq; relligio.

Per te diues eget per te diteſcit egenus,
Per te Crœſus inops, diues & Irus adit.
Aerea diues opum fugiens, argentea vaſa
Deſerit, & gemmas, aurea cuncta ſimul.
Optima deſpiciunt: & maxima quæq; relinquunt,
Et capiunt celerem Marte agitante fugam.
Vnica ſpes miſeris ſolam ſeruare ſalutem:
Vnica carnificum ſpeſq; cauere necem.
Diffugiunt pueri, iuuenes, trepidæq; puellæ,
Diffugiunt vetulę, decrepitiq; ſenes.
Diffugiunt omnes, rapidiq; per auia currunt,
Huc, illuc pręceps ſexus uterq; ruit.
Vt pauidæ fugiunt Aquila ueniente Columbæ,
Vtq; Lupo pecudes, vtq; Leone feræ,
Sic omnes hinc, inde ruunt, dant terga fugaces,
Et celerant dubias hoſte ſequente uias.
Per iuga, per montes, valles, ſalebroſaq; ſaxa,
Per rupes, dumos, arbuta, ſtagna, lacus,
Antra tenent, ſubeunt latebras, & luſtra ferarum
Inuia, detur vbi deniq; vita, ſalus.
Sed cum nulla quies, ſtatio cum nulla daretur.
Tunc bene, tunc profugis terra relicta viris:

Poſtq́ terra domum, requiem deſerta negauit,
Sola palus requiem, ſola domumq́; tulit.
Sola palus tandem miſeris tellure relicta,
Solaq́; iactatis ſtagna habitata uiris.
Tunc mare Principibus crudeli Marte fugatis,
Tunc mare diuitibus, pauperibusq́; ſalus.
Tunc mare confugium, ſtatio, tutela, quieſq́;,
Lenimen, refluis dulce leuamen aquis.
Tunc mare ſolamen cunctis (mihi crede) miſellis,
Tunc mare præſidium, portus, & aura viris.
Ad mare quiſquis adit magno diſcrimine lapſus:
Ereptus, necnon ſoſpes ab hoſte truci.
Huc quicunq; pedes, celerem quicunq; recurſum.
Incolumes, tuti valle fuere uiri.
Hic bene defenſi, ſparſiq́; per æquoris algam,
Ceperunt animum, ſpemq́;, fidemq́; loci.
Depoſuere metum ſalui, pauidumq́; tremorem,
Et læti cantus concinuere pios.
Quas ſuperis laudes? quos hymnos? cantica quanta?
Quantaq́; thuricremis Thura dedere focis?
Quanta Ioui ſummo, quantaſq́; egere Tonanti
Grates? & Chriſto qualia, quanta pio?

Quiſq; libens pro ſe ſua uota receptus ab hoſte,
Obtulit excelſo munera grata Ioui.
Omnia numinibus cuncti pia dona dedere,
Omnia cœlicolis uota ſoluta pijs,
Continuo Proceres ſacris Dijs omnibus actis,
Conueniunt tuta ualle, ſedentq; lacu.
Iacturas, damna, erumnas, incendia narrant,
Narrant effugium nocte, dieq; ſuum.
Excidium patriæ, ſpolium, patriæq; ruinam
Deflent, & cædes, impia fata virum.
Quiſq; ſuos lugent, hic natos, ille Parentes,
Hæc fratrem, illa uirum deflet ubiq; ſuum.
Expleti tandem reduces, meliora ſecuti,
Omnes præteritis terga dedere malis.
Conſultant, ſtatuunt, quid agant in ualle reducta,
Quæ ſtatio, portus, uita, ſalusq; fuit.
Conſultant animo uoluunt molirier utrum
Mœnia, limoſo tecta parentq; lacu,
Conſedere ſenes, iuuenumq; aſtante corona,
De ſumma rerum conſuluere patres.
Ancipites, uarijq; uiri, uariusq; ſenatus,
Vt ceſſit Mauors, & furor omnis atrox.

Pars remeare domũ, pars tutam habitare paludem.
Prætulit, incerta mente fuere diu.
Quid faciant, hærent, dubijq́; trahuntur utroq́;,
Hic vult, ille negat, hic manet, ille redit.
Præſul erat ſacra redimitus tempora mitra.
Altino profugus, cultor & ipſe maris.
Nomine qui Nagnus diuinæ legis amator,
Diuino eloquio paſtor alebat oues.
Nomine Magnns erat, re maior, maximus æuo,
Antiſtes ueræ relligionis amans.
Corporis, ac animæ præſul dabat ille ſalutem,
Quilibet hoc uoti præſule compos erat.
Ad quē cuncta frequens ſua fert cõſulta Senatus,
Iniuſſu cuius nil putat eſſe ratum,
Is, ruere vt populum ſtudia in contraria ſenſit,
Talibus aggreditur diſſona corda modis.
O Miſeri quæ uos agitat diſcordia ciues?
Quænam diuerſos dira cupido trahit?
O ſtulti quænam ueſtras inſania mentes
Vertit? & incenſas cogit adire domos?
O ſocii nimium memores grauium antemalorum,
O paſſi erumnas, triſteq́; diffugium,

Crudeles iterum vultis perpendere pœnas?
Vultis præcipites, hoſte ſequente fugas?
Non ſat perpeſſi, non ſat deuouimus ignes?
Bella, acies, pugnas, vulnera, fata, necem?
Quæ leuitas Ciues? quænam dementia ueſtra?
Nolle bonum? pacem? bella, malumq; ſequi?
Quid memorẽ lachrymas, gemitus, ſuſpiria, plãctus?
Quid memorem luctu tot mala noſtra graui?
Maiorum patimur culpa, patimurq; parentum,
Et patimur noſtra labe, volente Deo.
Crimine Maiorum plectuntur ſæpe nepotes,
Sępe nefas veterum ſera propago luit.
Ob delicta Patrum dant nati tempore pœnas,
Et matrum natæ pergraue ſupplicium.
Non ſinit omnipotens populi graue crimen inultũ,
Non ſcelus impune, non ſinit ire malum.
Pręmia pro meritis confert Iuſtiſsimus omni
Tempore cœleſti quum Deus arce velit.
Exitium populo tandem crudele merenti,
Diſsimulet quamuis impia facta pius.
Cernite deletas vrbes, uerſa oppida circùm,
Mœnia deſtructa, ſtrataq; cuncta ſolo.

Cernite deſertam patriam, deletaq́; paſſim
Tecta, domos, arces, omnia buſta iacent.
Nuſquam firma domus, nuſq̃ (mihi credite) ſedes
Tuta, datur nuſquam pacis Alumna quies.
Vndiq; diffugium, nuſquam tutela fugatis,
Vndiq; Mars, paſſim mortis imago fremit.
Extorres, profugi patriæ de finibus omnes
Cernitis inſidias undiq; Marte graues.
In patriam iuuat ire piam, iuuat ire domumq́;,
Et ſua quenq; iuuat regna videre virum.
Dulcis amor patriæ (fateor) ſed dulcior extat
Vita, ſalus cunctis anteferenda bonis.
Omne ſolum patria eſt, maris hac in valle ſalubri
Hac vbi veſtra ſalus, ſtate palude viri.
Hic vobis ſedes fœlicia fata quietas
Oſtendunt, tuta pergama ab hoſte truci.
Hic celebrem, magnam fas eſt molirier vrbem,
Mœnia, ſubuerſas hic reparare domos.
Inſtaurare licet, licet hic conſurgere tandem,
Hic licet Imperium pace tenere pium.
Hic durate (precor) rebus ſeruate ſecundis,
Hic pax, hic requies, hic manet omne bonum,

Non huc delati incolumes ſine numine Diuum,
Nec Iouis abnutu flentibus uſq; pii,
State igitur profugi, ſtate hac in valle reducta.
Auſpicibus reduces hic remanete deis.
Vtile conſilium, ſapiens, conſiſtite portu
Adriaco, uobis quem deus ipſe dedit,
Talibus accenſi monitis, ac numine diuum:
Adriaco ſtatuunt ſe retinere ſinu.
Vnanimes tandem diuini præſulis ore,
Conſiſtunt, habitant deniq; ſtagna, lacus,
Tectaq; decernunt mediis molirier undis,
Marmore & illuſtres tollere ad aſtra domos.
Deſignant uaria condendos arte penates,
Et metas, fines quiq; locantq; ſuos.
Exiguum capiunt ſpatium, paruamq; paludem
Vallant, limoſo tecta parantq; lacu,
Defodiunt, foſſaſq; cauant, & ſtagna trahuntur.
Defigunt palos, lignaq; acuta premunt.
Aequore materies paſſim tunc lignea nabat,
Quæ facili diuum (crede) parata manu.
Tunc maris, & terræ diuino numine cuncti
Auxilium profugis Diiq;, deæq; ferunt,

Syluani, Fauniq; ſimul, Satyriq; bicornes,
Concidunt quernas, populeasq; trabes.
Cæſa abies, fagus, cornus, pretioſaq; cedrus,
Lenta ſalix, necnon arboris omne genus.
Montibus ex altis larices deuoluit Oreas.
Deuoluit molli robora dura manu.
Naiades laticem, ſabulum, coctosq; lapillos
Commiſcent, calcem forte bitumen agunt,
Interea lateres tellus fornace coquebat,
Interea lapides, marmora multa dabat.
Multiplices, uarias mater dabat alma columnas,
Et Paria, & maculis marmora ſparſa ſuis.
Tum ſtannum, plumbumq; ſimul de uiſcere mater
Eruit, ex uenis cuncta metalla ſuis.
Mulciber ignipotens uſtis ex vrbibus amplam
Materiem, Getici relliquiasq; Dei.
Nudati Steropes, Brontes incude, Pyragmon
Cudunt, informant qualiacunq; uolunt.
Ictibus ætna gemit, Lipare, vulcania tellus,
Et ſiculum reſonat folle tonante ſolum.
Fortibus en feriunt candens quodcunq; lacertis,
Conficiunt mira quodlibet arte nouum.

Aurea quæq; parant, argentea quęq; libentes,
Aenea, pro Venetis ferrea quæq; viris.
Anchora de grandi maſſa diſtorta uidetur,
Anchora, quę validis ſæpe recuſſa modis.
Tormentum, pila, trabs calidis deducta caminis
Forcipe, qua voluunt, qua cito ſæpe rotant.
Conſtituunt crates nexas, nexasq; catenas.
Clauos, & claues, continueq; feras.
Ferrea Cyclopes ætnei cuncta ferebant,
Vnde fuit ferro ripa vocata dato.
Aeraq; iam fundunt templi pro poſte ſuperbi,
Et pro vexillis ſigna decora fori.
Inſignes fuſo, miræq; ex ære figuræ
Apparent Venetis pegmata digna viris.
Hic, illic perſtant operoſo fuſa metallo.
Non æs, non aurum, cerne viator opus.
Signa nitent vacuo, ſolidoq; ex ære columnæ,
Quas Deus ignipotens fundit, & arte colit.
Crateras, calices, pateras, argentea vaſa.
Vaſa ſimul necnon aurea (cerne) parat.
Illuſtres auro gemmas, auroq; lapillos
Principibus Venetis colligat vſq; pijs.

Vulcanus quodcunq; libens, quodcunq; benignus
Ob Venerem, æquoreis ꝓ ſata fertur aquis.
Non mirum, Adriacę ſi tot data cęlitus vrbi,
Cum ſumma condi mandet ab arce Deus.
Non equidem mirum eſt, iubeat cū Iuppiter, vrbē
Aequoream pelagi frater & ipſe velit.
En pelago poſtq̄ Neptūnus condier vrbem
Senſit, concilio iuſſit adeſſe Deos.
Numina cuncta maris, fluuiorum Numina, cerne,
Conueniunt, Domino cuncta iubente ſuo.
Nereus ecce ſenex, Glaucus, Melicerta, Palęmon;
Proteus, Aegęon, cætera turba Deum.
Vndiq; iam Fluuij, qui per Tritona vocati,
Apparent, tendunt, quo Deus ire iubet.
Labentes hinc, inde citi diſcrimine nullo,
Confuſi, miſti nocte, dieq́; ruunt.
Certatim properant omnes, curruntq́;, volantq́;,
Perueniunt, intrant regia ſtagna pij.
En Nilus præceps fuſis vberrimus vndis,
Ganges, Euphrates, Tigris, & Indus init.
Danubius, Dryſon, Auras, Linceſtius, Aegos,
Alpheus, Ladon, Lambrus, Oaxis, Athax.

Farſarus, Euenus, Xanthus, Cephiſſus, Araxes,
Meander, Geſſus, Nigris, Alanus, Atys.
Inachus Eurotas, Hæbrus, Peneus, Orontes,
Iordanis, Timber, Suſus, Aniger, Atlas.
Aufidus, Aſtages, Ellas, Aſtura, Niphates.
Hermus, Pactolus diues, & ipſe Tagus.
Apidanus, Sicoris, Liparis, Spercbius, Enipheus,
Iſmenus Tiryns, Axus, Oretus, Anas,
Albanus, Pagyris, Durias, Amaſenus, Anauros,
Acapis, Artanes, Syrius, Vmbro, Melas.
Rhenus, Iber, Rhodanus, Rubicon, Clitũnus, Aceſtis.
Rhebanus Amphyſus, Phaſis Anapis, Arar:
Sangaris, Eraſmus, Cyniphos, Sarcarius, Axon,
Opharus, Sibaris, Clanius, Antacites,
Pãportus, Strimon, Schenus, Achelous, Hydaſpes,
Ogdolapis, Phiſon, Beſiga, Macra, Salo.
Bilbilis, Anaxus, Naupontus, Sarbis, Aleſus,
Et Betulus, Bethys, Parma, Garumna, Gela,
Termodoon, Tanais, Gagates, Andricus, Athrys,
Cæcinos, Alizon, Iſara, Naro, Cius.
Tibris adeſt, Anioq; ſimul, ſimul Allia gallis
Allia perceleber, notus ubiq; feris.

Threbia per Pœnos Romana clade cruentus,
Conſimilis Cremera ſanguinolentus adit.
Lugubris Cremera eſt Fabiorum cæde, dolensq;
Deplorat Fabios tot cecidiſſe pios,
Eridanus Rex inde ſubit comitatus amicis,
Abdua, Ticinus (cerne) Paduſa ſimul.
Serius hinc rapidus, præceps ac Ollius, acris,
Cliſius, Eridano Mincius uſq; comes.
Hinc Atheſis Demum, Brentis, Liquentia, Silis,
Vicini Venetis ſemper ubiq; ſuis.
Mille alij uenere Dei, penetralia Regis
Ingreſsi dicta quiq; ſalute ſedent,
Nereides uenere ſimul, uenere uocatæ
Neptūno ſemper numina grata ſeni.
Leucothoe, Glauce, Nyſæe, Cymothoeq;,
Salmacis, ac Ino, Doris, & alma Thetis.
En Cyane, Drymo, Xanthoq;, Thaliaq;, ſpyo,
En Crine, Roe, Guttula, Stilla, charis,
Mille aliæ uenere deæ, ſedere nitentes,
Moribus, & geſtis turba decora ſuis.
Expectant omnes animis, linguiſq; fauentes,
Expectant taciti, quid Deus ipſe uelit.

Aurum Pactolus, redolens fert Tigris Amomũ,
Indus ebur, gẽmas, thus, piper acre vehit,
Vina Atheſis, Cereremq́; Padus, Liquẽtia ligna.
Omne aliud quiſquis, quod valet, vſq; refert.
Innumeros amnes taceo, Nam dicere longum.
Si vellem imparibus quoſq; referre modis.
Præteriens igitur linquo, qui munera abunde,
Qui dotes, merces undiq; ſemper agunt.
Vndiq; cuncta ferunt Fluuij collecta per vndas
Commoda, pro Venetis quiſq; libenter agit.
Aeolus æoliæ qui cunctis imperat Euris,
Qui premit, & laxat, qui regit, atq; fouet,
Flamina, quæ proſunt Venetis ſpirantia velis,
Dirigit, inſpirat, tendit, vbiq; fauet,
Dirigit in portum, ſeruat, ſemperq́; tuetur.
Perducit Venetas ad vada tuta rates,
Continue naues ineunt, intrantq́; biremes
Multiplici, vario pondere (cerne) graues.
Nocte, die, paſſim Veneta ſpectantur in vrbe
Plenæ Aloes, Myrrhæ, Gingiberisq́; rates.
En geruli, validiq́; viri clamore rotantes
Vaſa olei, mellis, vaſa referta meri.

En onera, en humeris ingentia pondera geſtant.
En uoluunt manibus, funibus ecce trahunt.
Ecce ferunt, referunt ultro, citroq́; frequentes,
En foris, en intus qualiacunq;, locant.
En implent loca cuncta domus, thalamoſq;, penuſq;,
Implent tot, tantis atria lata bonis.
Nereus, & Doris, Natæ, Neptunnus & ipſe
Subuellunt uitreo mœnia merſa mari.
Hic turrim rumpit, cauat ille baſim, ille columnam
Diruit, aut ſi quid fortius inde trahit.
Hinc tubicen Triton, & ſiren inde canora,
Hæc cantu, ille tuba grande leuabat opus.
Proteus omne pecus pelagi compellit in unum.
Imponit Cetis pondera magna feris.
Grandia dat magnis, paruis pro robore parua.
Dat proprium cunctis quod bene fertur onus:
Nõ graue Delphini, ſed onus (mihi crede) ferendũ
Dat leue, dat lapidem, datq́; rotare pilam.
Parua baſis cuicunq; datur, vel parua columna,
Vel pila, quæ facili mobilitate ruit.
Tergore non delphin, ſed onus uoluebat in undis.
Delphin (crede) ſuum (crede) rotabat onus.

Ipſe quidem uertebat onus, ſed Phoca trahebat,
Hic piger, ille celer, cum rotet, ille trahat.
Quiſq; libens portabat onus, ueloxq́; redibat,
Rurſum laturus qualiacunq; forent.
Itq́;, reditq́; viam, quoties Neptūnus habebat.
Quæ daret Adriacis munera grata ſuis.
Dat gēmas, aurumq́; mari quodcunq; repertum.
Quo noua tot, tantis Vrbs opulenta datis.
Quæ dos non Vrbi? quæ non opulentia tandem?
Quæ non Adriacis munera lata viris?
Non Vrbis Venetæ dici prȩſtantia poßet.
Quæ fœlix opibus, quæq́; beata ſuis.
Quæ domina imperio facta eſt, Reginaq́; ponti.
Quȩ fidei cultrix, relligionis honos.
Vrbis opes miræ, Venetum quoq; mira ſupellex,
Aurea, quȩq; domus, aurea, quæq; tori.
Non Iouis abnutu, nec tot ſine numine Diuum,
Nec tanta Adriacis parta trophȩa viris.
Omne bonum pater ipſe ſuis Neptūnus alūnis,
Præſidiumq́; lacu, ſubſidiumq́; mari.
Mulciber ignipotens iuſsu Iouis omne metallum
Confert Adriacis nocte, dieq́; viris

Omniparens tellus mater pia, ſedula Natis
Materiam variam, multiplicemq́; ſuis.
Vndiq; iam lateres cocti fornacibus adſunt,
Vndiq; iam ſabulum, calx, aqua, glisq́; tenax.
Vndiq; ligna, trabes, tabulę, genus arboris omne eſt
Adriacum ratibus per mare continuis.
Vndiq; congeries lapidum, grauis vndiq; moles,
Pars inculta, rudis, pars operoſa datur.
Vndiq; colluſtres, magnę, paruęq; columnæ.
Conſimiles Pario marmore, & arte baſes.
Marmoris omne genus, paſsim genus omne metalli.
Omnia, quę Diuum (crede) parata manu.
Materies omnis Venetæ diuinitus Vrbi
Allata eſt, vber, diues, & ampla. Vide.

FINIS.

DE MIRA AC FACILI AEDIFICATIONE VRBIS VENETAE,

LIBER SECVNDVS.

MAteriæ poſtq̃ Diuis data copia tantæ,
Vrbs Vitreo late conditur ampla mari.
Vrbs noua, magna, potens ſalſis diſtenditur vndis,
Inclyta finitimis inuidioſa locis.
Quantum feruet opus, quantumq; palatia ſurgunt,
Perlege, cognoſces mœnia facta breui.
Tectaq; certatim fieri cernuntur vbiq;,
Quiſq; ſuas condunt (cerne) parantq; domos.
Saxa ſuper contis defixis grandia ponunt,
Dilatant medijs & rude marmor aquis.
Firma trahunt ſurſum poſitis fundamina ſaxis,
Et cœptę apparent Vrbis vbiq; domus.
Iam curuæ ſubter fœda pro ſorde cloacę.
Iam caueæ, putei dulcibus intus aquis.
Iam trabibus iuncti pontes, aut marmore pandi.
Per quos huc, illuc nocte, dieq; viæ.

Iam calles varij, iam publica ſtrata viarum,
Iam plateæ, campi, iam fora lata patent.
Limina portarum paßim tranſuerſa videntur,
Ingentes necnon Vrbis vbiq; baſes.
Vndiq; iam muri ſurgunt, teretèsq; columnæ,
Et fortes iunctæ robora firma trabes.
Quiſq; ſuas ducunt ædes pro viribus altas.
Imbricibus tandem culmina celſa tegunt.
Tolle oculos, mirare lares, mirare feneſtras.
Quot luces anni, tot domus vna tenet.
Marmoreas domuum facies mirare ſuperbas,
Illuſtres necnon vndiq; cerne fores.
Pergama quanta patent, pelago cernuntur, & alta
Mœnia in æquoreis conſpiciuntur aquis.
Quæ foris apparent paßim miranda, ſed intus
Atria lata, toris aurea fulcra ſuis.
Non opibus vacuas ædes, non mercibus amplis,
Omnia diuitijs ſunt loca plena datis.
Iam conſtructa mari, iam iam diſtenta per vndas
Cernitur Adriacis Vrbs celebranda vadis.
Iam Conſul Veneta lectus dominatur in vrbe,
Reddita iam populo iura verenda pio.

Inde tribunitium regimen ditione ſeuerum,
Quod vitium punit, quod ſcelus omne fugat.
Publica non longum res tali recta Tribuno,
Nam Dux Imperium cepit in vrbe ſuum.
Sub quo iura graui, leges, ſanctusq; Senatus,
Totq; Magiſtratus vrbe, forisq; dati.
Sub quo tot Fabij, tot Pauli, totq; Catones,
Totq; Patres, mira qui grauitate regunt.
Conueniunt, vnaq; ſedent cum Principe Ciues.
Innumeri, quorum Curia nulla capax.
Conſultant, ſtatuuntq; domum fundare decentem,
Principe quę Veneto Regia digna foret.
Iam Princeps, Patresq; iubent loca lecta cauari,
Iamq; trabes acui, iamq; palude premi.
Maxima ſaxa locant, & foſſas marmore complent.
Extat, & apparet, grandeq; ſurgit opus.
Hinc ſtant, inde Baſes, tolluntur in aſtra columnę.
Marmoreo creſcit ex adamante latus.
Porticus ampla patet, magnis ſuffulta columnis,
In qua cuiq; datur iusq; piumq; viro
Atria lata nitent, varijs ornata figuris,
Atriaq; aurata iam trabe tota micant.

Splendidaq; auratis trabibus laquearia pendent.
Pegmatibus paries cultus, & hiſtorijs.
Imbrice non fragili, lato ſed culmina plumbo
Alta tegunt, pinnis vndiq; culta ſuis.
Aurea tecta Ducis *pario iam marmore lucent,*
Aurea ſublimi Regia *digna* Duce,
Contiguum varijs templum ſublime columnis
Condunt, quo toto ditius orbe nihil.
Diues erat Triuię Fanum, mirumq; Dianæ,
Pyramides, miri grande laboris opus.
Diues erat ſolymis templum per ſęcla paratum
Patri, quod ſubito natus ad aſtra tulit,
Hæc tamen, hęc templo Diui *miracula Marci*
Cedunt, & Memphis barbara victa ſilet.
Aerea ſunt gradibus ſcandentia limina multis,
Cœlati poſtes ædis in ære graui.
Strata ſoli ſectis nitidi precioſa lapillis,
Et paſsim varijs uermiculata notis.
Marmoreis paries tabulis inſignis vtrinq;
Surgit, pernitidæ ſtantq; micantq; baſes.
Splendet opus, tabulata nitent, radiantq; columnæ,
Collucent venis marmora clara ſuis.

Vndiq; gemmatis rutilant Aſarota figuris.
Vndiq; inaurato fornice imago micat
Sublimes ſacrum triplici teſtudine templum
Tollentes feriunt ſydera celſa minæ.
Sculpta micant auro, varijſq; altaria ſignis.
Splendent Numinibus quæq; dicata ſuis.
Auro multiplici, flammas imitante pyropo,
Et gemmis centum millibus ara nitet;
Quatuor exornant operoſa ex arte columnæ
Altaris rutilans, mirificuſq; labor.
Aurea tota ædes, opulentaq; numine Diui.
Mira animos hominum relligione capit.
Aenea Cardineum Zeni teſtudo galerum
Præfert, & ſacro digna ſepulchra viro.
Marmoreum mirare ſolum, mirare figuras,
Multiplices, varias ædis vbiq; notas.
Exterius mirare arcus, mirare columnas,
Spirantes, viuos quatuor æris equos.
Omne latus templi vario ſplendore coruſcat,
Et totum aurato marmore fulget opus.
Celſa nitent late mirandi culmina Fani.
Et pinnæ ſignis ſtant, rutilantq; ſuis.

Omnia Delubri quiſnam monumenta ſuperbi?
Quis queat imparibus dona referre modis?
Non procul à templo ducta eſt altiſsima turris,
Qua nulla in toto clarior orbe manet.
Alta ferit nubes turris ſpectanda Cremonę,
Quę turris turre eſt altior Adriaca.
Eſto, ſed hæc fuluo longe præſtantior Auro
Fulget, & æquoreas vertice luſtrat aquas.
Angelus in ſummo defenſor culmine perſtat
Peruigil, ac omnem deſpicit ore plagam.
Porticus inſignis vario de marmore ſubtus
Pollucet, geminum luſtrat & omne forum.
Porticus hęc rutilis tota eſt ſuffulta columnis,
Porticus hęc miris ſplendet imaginibus,
Sub qua mane ſedent homines, & veſpere magni;
Sub qua conſidunt turba verenda ſenes.
Pars ſtat, parsq; ſedet circum, pars ambulat intus.
Sed foris, & paſsim magna caterua virum.
Aduena ſemper adeſt, miratur ſingula totus
Obſtupet, ac ſecum marmora viua putat.
Porticus hac toto nunquam ſplendentior orbe,
Porticus hac nunq̃ ditior vlla fuit.

Fulget opus radians, operoſum, grande ſuperbum,
Quo nunq̃ mundo clarius eſſe poteſt.
In quo ſtelliferum cœlum, Sol, Luna relucent,
In quo libra, aries, cętera ſigna micant.
Cernitur hora, dies, menſis, longiſsimus annus,
Perpetuo gyro tempus & omne Poli.
Aeraq; ſignifera, antennæ, vexillaq; pendent.
Aureus vnde leo murmurat, vnde fremit.
Ingentes geminę ſtant ſydera ad alta columnæ,
Ornatus lati magnus, honorq́; Fori.
Omnia collucent circum, quæcunq; videntur,
Omnia marmoribus tecta ſuperba ſuis.
Præcipue quum feſta dies, tunc omnia fulgent,
Omnia tunc oculis facta theatra vagis.
Corporis in feſto Chriſti fora tota teguntur,
Implentur paſsim gentibus innumeris.
Vndiq; conueniunt pueri, iuuenesq́;, viriq́;,
Vndiq; canitie turba colenda senes.
Vndiq; Matronæ, ſponſæ, viduæq́; pudicę,
Vndiq; permiſtus sexus vterq; ruit.
Ordine fit longo, grandiq́; rogatio pompa,
Succeſſu vario, multipliciq́; vice.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

En vexilla pij veniunt ſublimia Chriſti.
En vere cunctis ſigna ſequenda pijs.
En ſubeunt comites pueri, comitesq; puellæ,
Angelici comites per fora longa chori.
En ſequitur magno numero collectio quæq;
Diſsimili ſigno cognita quæq; ſuo.
En varium inſigne eſt, varium funale, colorq;
Diuerſus, varia eſt, diſsimilisq; nota.
En flauus, viridis, niger, albus, puniceusq;,
Cæreus, en varius quilibet ordo ſubit,
Succedunt bini varijs inſignibus omnes
Albi, nam tunicis candida turba ſuis.
Innumeri ſubeunt argentea vaſa ferentes,
Innumeri necnon aurea vaſa viri.
Fragranteis vulgo ſpargũt munuſcula, flores,
Per fora, perq; uias, ora, ſinusq; virum.
En fratres habitu vario, varioq; colore
Proueniunt ſancta relligione pij.
Ordine quiq; ſuo bini ſua ſigna ſequentes,
Incedunt lento per fora longa gradu.
Hic graue thuribulum geſtat, comes alter acerram,
Aut aliud vario munere onuſtus adit.

Nemo leuis, vacuuſq; manu procedit inani,
Nam calicem, patinam, vel ſacra quiſquis habet.
Ecce Sacerdotes niuea cum veſte ſequuntur,
Multiplices ſigno, diſsimiliq; nota.
Non eadem ſtola cunctis eſt, ſed diſcolor ecce,
Iam viridis, crocea, candida, rubra (vide)
Sub duce quiſq; ſuo, ceu miles præuius, ante
Procedit longo turba ſacrata foro.
Vndiq; concentus, laudes cantantur, & hymni.
Vndiq; ſupremo cantica grata Deo.
En iam presbyteri trabeam, peplumq; ferentes,
En caſti munda relligione patres.
En inſigniti villoſa pelle ſequuntur,
En tandem Antiſtes, vel Patriarcha venit.
Dux grauis apparet cornu ſpectabilis aureo.
Apparent, ſubennt turba decora ſenes.
Intrant, & complent templi loca cuncta frequentes.
Compreſsi cunctis gente ruente locis.
Stat ſupplex, Humilis Princeps, totuſq; Senatus,
Stat ſupplex precibus cætera turba pijs.
Ore fauent, animoq; Ioui dum gratia ſummo,
Dum venia a Chriſto, paxq; petita pro,

Ore fauent tacitę donec benedictio ſancta
Nunciet, ac auibus dicat abitę bonis.
Tunc hilaris Princeps patrum comitante caterua,
Tunc hilaris propere deniq; quiſquis abit.
Chriſticolam ſuperi cernentes deſuper vrbem,
Exoptant ædes quiſquis habere ſuas.
Deſcendunt, animumq; pium, mentemq; benignam
Oſtendunt ſignis fana, notantq; ſuis.
Tempus erat, quo cuncta quies mortalia dulcis
Sopit, & in ſomnis ſemiſepulta tenet.
Clauiger æthereus cœlo deſcendit ab alto,
Apparet Magno nocte ſilente pio.
Excitat, alloquitur dicens o Magne ſacerdos,
Percipe mandatum, percipe (quæſo) meum.
Dic Venetis ſacram mihi dic Primatibus ædem
Condant, hic, vbi bos, ac vbi viſa pecus.
Paſtor ero, cuſtoſq;, nouæ defenſor & vrbis,
Et pellam inſidias hoſtis ab vrbe graues.
Tũ comes inſomnis Raphael, Ductorq; Thobiæ
Viſus, aues monſtrat, poſcit & ipſe locum.
Tum Deus omnipotens, magni Dominator Olympi
In media templum poſtulat vrbe ſuum,

Primus ego præſes, primus Seruator & vrbis,
Primus ego Venetis, qui bona cuncta feram.
Polliceor pacem populo, placidamq́; quietem,
Adriaco, ſocios, fœdera, amicitias.
Nube ſacram rubra deſignat in aere ſedem,
Vrbis præſidium tempus in omne ratum.
Tum formoſa Dei Genitrix ſanctiſſima virgo,
Viſa eſt angelicis aſſociata choris.
Delubrum poſcit, nubes quod candida ſignat,
Virgo Dei mater, ſemper amica pijs.
Poſcit Ioannes ædem ſplendore coruſco,
Aere ſic rutilans denotat ipſe ſuam.
Poſtulat exiguum virgo Iuſtina ſacellum,
Hic, vbi vnifero palmite vitis erat.
Tum duodena cohors vigili notiſſima Magno
Viſa, petit fanum, ſigna dat ipſa gruum,
Noctis erat finis, iam pars & prima diei,
Numina quum vigilem deſeruere virum.
Lux data quamprimum pulſis optata tenebris,
Extrahit à tepido membra ſacrata toro.
Diuino lętus monitu, diuina reportat
Iuſſa Duci, patribus qualia viſa pijs.

Audito Princeps lætatus numine diuum,
Lętata auſpicijs Curia tota datis.
Quid melius Venetæ, quid gratius accidat vrbi,
Quàm tutela, ſalus, quàm fauor vſq; Deum?
Continuo loca lecta vident, vbi Numina templũ,
Augurijs condi conſtituere ſuis.
Non mora, ſelectis conſtructa altaria Diuis,
Vt poſuit lapidem Præſul in ęde ſacrum.
En Seruatori media ſplendeſcit in vrbe
Aedes marmoribus vndiq; fulta ſuis.
Sublimi fulget triplici teſtudine fornix.
Multiplici rutilat marmore grande ſolum.
Diſcipulum numero, Chriſtiq; altaria circùm
Splendent ornatu condecorata ſuo.
Formoſæ Matris Chriſti delubra parantur
Splendida, ſacricolis quàm bene culta pijs.
Iam Iuſtina ſuum virgo veneranda ſacellum,
Quod rutilat totum, quod nitet intus habet,
Virgineo vati fanum mirabile factum eſt,
In Eragora cernas quod regione ſitum.
Caſtellana domus Petri eſt, qui clauiger alti
Cœli, qui ſancto ſub pede cuncta tenet.

Angelus in templo Raphael, qui fulget in alta
Turre, vigil Venetis, qui fugat omne malū.
Tum bis ſena cohors celebri veneratur in æde,
Solaq; bis ſenos continet ara Deos.
Concordes habitant, & in vna ſede morantur.
Cælicolæ veri, dijq;, deæq; ſimul.
Maiores Geminis Phœbo, caſtæq; ſorori.
Fana, alijs raro contribuere Deis.
Solas Numinibus falſis, diſcordibus ædes,
Singula Dęmonibus templa dedere ſuis.
Nos Delubra damus Diuis ſimul omnibus, omnes
Templa tenent, Venetis ac venerantur aquis.
Nuſquam, nec Romæ tot ſacras cernimus ædes,
Nuſquā thuricremis tot loca culta focis.
Adriaca Diuum quis non decoratus in vrbe eſt?
Quę Dea, quis Sanctus non habet vrbe locū?
Maxima debetur Magno reuerentia diuo.
Qui tot templa datis condidit auſpiciis.
Dux igitur feſtum manda ſolenne merenti,
Præcipe, quiſq; ſuum pręcipe linquat opus.
Ocia ſint Venetam paſsim mandata per vrbē,
Alma quies, cunctis Feſta coacta viris.

Fac populum celebrare diem, fac viſere ſanctum,
Fac hymnos, grates reddier uſq; pias.
Marmore Delubrum pario fac condier amplum,
Fac Magnum toto noſcier orbe tuum.
Plebs ingrata die, feſtoq; profana laborat,
Non paret iuſsis turba proterua tuis.
Non ſitis hęc olim lucri, non dira Cupido,
Non auri tantus diuitis ardor erat.
Non erat ambitio, nec opes, nec purpura tanti,
Priuati Cenſus, nec, modo quantus, amor.
Non gens talis erat, non tam peruerſa iuuentus,
Dedita nec vitijs fœmina, virq; iuis.
Non vis, non fraudes, Venetę non impia genti,
Non ſcelus, Inſidię, ſtupra, rapina, piæ,
Sola ſed in precio virtus, ſapientia ſola,
Iuſtitia, & pietas, veraq; relligio.
Relligio ſyncera pios, ſyncera fauentes,
Relligio faciles cogit adeſſe Deos.
Relligio, quę ſola fouet, quę ſola tuetur,
Quæ ſola Adriacum prorogat Imperium.
Hoc nulli dubium eſt, cum vero verius iſtud.
Cum Regnum, Imperium deſuper omne datum.

Ille

Ille opifex rerum cunctarum, maximus author,
Imperij Veneti creditur orbe pij.
Iuppiter Imperij dator eſt, tutela, ſalusq́;.
Iuppitter Adriacis fautor vbiq; viris.
Hic nam Iuſtitia eſt, pietas, clementia patrum,
Principis integritas, paxq́;, quiesq́; virum.
Hic nam relligio, cultus, veneratio Diuum:
Hic patris, Nati, Pneumatis vnus Amor.
Hic tot Cęlicolæ culti, tot Numina vere
Credita, nam cunctis fana colenda locis.
Roma uetus fœlix, dum relligione fidelis.
Roma caput, Domina totius orbis erat,
Relligio licet illa magis, magis illa ſuorum
Vana ſuperſtitio, falſa, doloſa Deum
Mars, Venus antiquæ, Pallas, concordia Romę
Numina, thuricremis Numina culta focis.
Pax, Phœbus, Phœbiq́;, ſoror, Bacchusq́;, Ceresq́;,
Et Cybele templis deuenerata ſuis.
Iuppiter, & Iuno, tum cętera turba Deorum,
Vnde ſacrum Romæ Pantheon ante fuit,
Numina cuncta prius, falſos ac Dęmonas omnes
Excoluit, vana credula Roma fide.

Nil intentatum, nil ſpretum, nilq; relictum,
Nil cultus Romæ, relligionis iners.
Augurium quodcunq; bonum, quodcunq; ſalubre,
Seruatum, necnon triſte, ſimulq; malum.
Infernis, ſuperiſq; Deis pia ſacra ferebat,
Hinc ſibi nanq; boni ſpes, timor inde mali.
Credebat bona cuncta dari, fœlicia cuncta
Per ſuperos, tales proſpera perq; Deos.
Adriaci Proceres per Numina vera, Deumq;
Credite per Chriſtum quæq; ſecunda pium.
Adriaci ſperate pij, ſperate fideles,
Chriſticolę pura mente, fideq; viri.
Credite Nicoleon, Marcum pia regna tuentes,
Credite cœleſtes ſemper adeſſe Deos.
Si Deus Adriaci pro vobis, Nemo malignus
Hoſtis, pacificis nemo nocebit atrox.
Crudelis licet hoſtis opus conetur acerbum
In vos, hic tandem nil operatus abit.
Eſte animo forti, fido, nolite timere
Inſidias Regum, bella, minaſq; Ducum.
Eſte animo vigili contra quoſcunq; rebelles,
Suſpectos veſtra pellite ab vrbe viros.

Finibus à veſtris omnes arcete tumultus.
Sint procul à vobis, qui fera bella volunt.
Hiſpani, Galliq́; procul, procul omnis abeſto
Barbaries, veſtris hoſtis, iniqua bonis.
Armenios, Arabes, Indos, Perſasq́; feroces,
Sauromatas, Mauros, Aethiopasq́; truces.
Parthos, Hyrcanos, Medos, acresq́; Britannos.
Atq; Scythas, Gothos, nomina praua Getas.
Hebræos, Turcas, omnes contemnite Apellas,
Cum Deus infidos comprimat, atq; fuget.
Cum Deus omnipotens pro vobis prœlia certet,
Cum palmas, pugnis detq́; trophæa pijs.
Fœlices Veneti, fœlices, terq́; beati,
Si pax, ſi vobis pacis alumna quies.
Fœlices nimium, fauſti (mihi credite) quando
Seruator, cuſtos, præſes vbiq; Deus.
Ergo pro Chriſto, pro relligione, fideq́;
Per mare per terras ſumite bella pij.
Auſpice nam Chriſto ſemper victoria læta,
Hoc Duce, non dubiū, palma, Triumphus erit.

FINIS.

LIBER

DE PERPETVA CONSERVATIONE VRBIS VENETAE,

LIBER TERTIVS.

REx hominũ, Diuũq; pater, cõſtructor Olympi,
Quo ſine nil ſtabile eſt, nilq; perẽne manet.
Ille eſt, qui ſolitus cunctos frenare furores,
Qui Veneta infandas pellere ab vrbe vices.
Ille eſt, qui motos potis eſt ſedare tumultus,
Et forti hoſtiles Marte fugare minas
Ille potis reges cito debellare ſuperbos,
Fortiaq; impoſito colla domare iugo.
Non domitus Pharao medijs concluſus in vndis?
Aegypti currus obruit unda feros?
Non Golias puero ſtratus? caput enſe Olophernis
Ablatum? Viduæ grande ſalutis opus?
Scenecharibbus atrox diuino Numine Cæſus,
Diuino reges tot periere ſimul.
Tunc Abramo, Dauid, Moſi, populoq; fideli
Iuppiter Omnipotens tale peregit opus.

Non minus antiquo Numen, non languida virtus,
Non Domini fortis abbreuiata manus.
Non equidem, quando ſemper ſtat Iuppiter idem,
Omnipotens cunctis, & Deus vnus adeſt,
Qui quondam Moſi, Dauid, nunc Iuppiter almus,
Nunc Deus Adriaco ſtrenuus orbe Duci,
Ille igitur fortis Venetum diſcrimine ab omni
Eripit, & fauſtis protegit auſpiciis.
Aemula gens Ligurum, magno commota furore
Excidium terra, claſſe, mariq; parat.
Genua nauali Venetos conata tumultu
Vertere, de medio tollere vana viros,
Vana quidem vana, auſa nefas crudele, nefandũ
Genua, nauigiis naufraga facta ſuis.
Adriaci Ligures ponto merſere profundo.
Agmina, totq; ſimul merſa, necata mari.
Extant oſſa virum, pugnæ monumenta peractæ,
Huius & excidij publica fama viget.
Munere diuino Venetis victoria parta eſt,
Munere, quo ſemper palma futura piis.
Polliciti memor ille ſui fortiſſimus vrbem
Adriacam, Venetas (cerne) tuetur opes.

Contudit en Rubrum Barbã acri Marte frementẽ.
Compulit en ſacro colla premenda pedi.
En humilẽ ſtratum Veneto fera fata minentem
Compreßit, virus enq; Draconis atrox,
Quum Draco Pontifici Venetã ſęuiret in vrbẽ,
Quum tegeret pontum nauibus Adriacum.
Quum mare, quũ tellus tremeret, cœlũq; profundũ,
Quum ferus ille acies cogeret ante ſuas.
Quid naues Xerxis pelagi pons, quid'ue phalanges?
Quid tot ferrati Xerxis vbiq; viri?
Non tot Turcarum, nec tot venere Micęnis
Agmina, quot Veneto iunxit acerba Duci.
Hic ſcelere ante alios Fridericus ſæuior omnes,
Miſcuit arbitrio, fasq; nefasq; ſuo.
Impius hic Roma patrem depellere ſanctum,
Auſus ſacrilega tangere ſacra manu.
Abſtulit hic Cathedram, trabeam, clauesq; potentes,
Abſtulit hic triplex ac Diadema Senis.
Penè erat ad nihilum deducta potentia Petri.
Penè erat extinctum robur, & omne decus.
Victus abit, profugus deſerto Paſtor ouili,
Vt coquus hic latitat, lixa, miſerq; Senex.

Non Coquus hic, nec lixa latet, ſed (crede) Sacerdos.
Infœlix, humilis, triſtis, amarus, inops,
Infœlix grex totus erat paſtore fugato,
Infœlix rabidi nam perit ore Lupi.
Dilaniat lupus acer oues, quęcunq; vagantes.
Barbatiq; Senis vaſtat ouile pium.
Agnitus, Adriaca tandem detectus in vrbe,
Mira dedit patribus gaudia, mira Duci.
En ſubito Princeps, toto comitante Senatu,
Conuenit Patrem cum prece, pace pium,
Pontifici ſummo pronus, ſupplexq; Senatus,
Dux hilaris, ſupplex talia verba refert.
Salue ſancte Pater: Salue reſerator Olympi,
Salue, qui mundi ſub pede cuncta tenes.
Alme Pater gaude, gaude, tibi maxima porto
Gaudia, lætitiam ſuſcipe (quæſo) piam.
Suſcipe ſolamen Venetum, dignare ſalute
Adriaca, profugis quæ ſolet eſſe viris.
Confugium, portus, ſtatio fidiſſima noſtra
Vrbs, inopi miſero mite leuamen erit.
Eſto animo forti, trepidum depone timorem,
Triſtitiam læto comprime corde grauem.

Ne dubita pater alme fero dominaberis hoſti,
  Et pede proſtrati colla ſuperba premes.
Num Deus omnipotens cœlo defendet ab alto
  Pontificem? triplex num Diadema ſenis?
In ſolium, Romamq́; tuã (mihi crede) redibis,
  Et populo Chriſti iusq́;, piumq́; dabis.
Talia Dux fatus trabeam, triplicemq́; Coronã
  Optulit, ac ſancto Dux decus omne ſeni.
Pontificis ſacra membra tegit Patriarcha, coronat
  Tempora, dat manui tegmina, datq́; pedi.
Inde pedi ſubito pronus dedit oſcula ſancto,
  Oſcula Dux ſupplex, totaq́; turba Senum.
Tunc hilaris vultu compeſcens corde dolorem,
  Vix tenui, ac tremula talia voce dedit.
Dux ſapiens, Venetiq́; graues (precor) eſte fideles,
  Pro me, pro Chriſto, relligione, fide.
Si mihi præſidium dederint, ſi fata regreſſum,
  Si potiar ſolio, ſi fruar vrbe mea,
Semper honos, meritumq́; tuũ, dum Regia Petri,
  Et dum Paſtor ero, grandia dona feres.
Inde Ducem, Patres, Populũ benedixit, & vrbẽ,
  Imperium, regimen, iura, ſtatuta ſolum.

Tum cantus, tum plectra, lyræ, lituiq́;, tubæq́;,
Cornua tum reſonant, Organa dulce melos:
Campanæ reboant omnes, Vrbs tota mouetur,
Per fora, perq́; vias concita turba ruit.
Ecce Sacerdotes alba cum veſte vocati,
Antiſtes necnon præuius ecce comes.
Prgſul adeſt hinc, inde frequẽs, hinc, inde Senatus,
Innumeri Patres, Innumeriq́; viri.
Primates bini digno comitantur honore.
Et Sanctum ducunt ad loca celſa Patrem.
Dux dexter, medius ille it, Patriarcha Siniſter,
Perueniunt, grandi ductus honore domum.
Principe digna domus olim, nunc Regia ſummo
Pontifice auratis fulget vbiq; toris.
Atria lata nitent, multis laquearibus aureis,
Necnon aulæis vndiq; fulta ſuis.
Heſperiæ volitans hinc totas fama per vrbes,
Qualia Pontifici, quantaq́; facta refert.
Crine Ruber mox nouit atrox, exarſit in iras,
Et Veneto miſit talia verba Duci.
Auſus es, o Princeps noſtrum ſeruare rebellem?
Et colere eximio mitis honore Senem?

Pelle tua Princeps, inquam pelle, vrbe morantem,
Pelle hoſtem pelle, vel mihi redde meum.
Tunc bene Dux Sapiens reſpōdit nolle, quod actū,
Inficere, atq; Deo tale patrare nefas.
Libera, cōmunis noſtro eſt vrbs omnibus, vnde
Præſidium, Columen, portus, & aura viris.
Tunc ruber infeſtus veneto crudele minatur,
Et parat Adriacum perdere Marte Ducem.
Vix mare tot naues patitur, tot terra phalangas,
Vixq; tubas cœlum ſuſtinet horribiles.
Vndiq; ſtant acies telo, & mucrone paratæ.
Vndiq; concurſus, vndiq; terror adeſt.
Non valet hic Venetus, nec vis humana furentē,
Nec tot crudeles Marte domare viros.
Sed Deus omnipotens vrbis ſeruator Othonem
Natum, diuina qui dedit arte capi.
Vnde pater tanto ſpoliatus pignore ceſſit,
Præbuit & ſacro colla premenda pedi.
Ceu Leo quū preſſus rugit, fremit ore Dracoq;,
Non tibi ſed Petro murmure ſtratus ait.
Ille, mihi, & Petro, ac alii cuicunq; ſequenti,
Omnipotens proprio retulit ore Deus.

Tum memor, & gratus merito, quo liber ab hoſte,
Contulit Adriacis munera digna viris.
Vmbellam, Cathedram, tot, quot vexilla, tubaſq;
Aſpicis, en Veneto præuia cuncta Duci.
Aurea Crux, Donum, Puluinus, Cereus albus,
Munera ſunt necnon qualiacunq; vides.
Profuit ille magis, nocuit quàm, proſpera ſemper
Principibus Venetis Numine dante pijs.
Nunc Certamen atrox, nunc nunc crudele, nefandũ,
Quo nunquàm toto peius in vrbe fuit.
Annibal haud ſæuus, non ille Philippo
Natus, non Xerxes hoſtis acerbus erat.
Non Phalaris, nec quiſquam alius crudelior iſto,
Qui voluit patres perdere ſæpe pios.
Qualis atrox Pluto, quiſnam? conatus hic vrbem
Adriacam furijs vertere ſæpe ſuis.
Nam modo concuſſit, ruerent quo funditus alta
Pergama, fluctiuagis vrbſq; iaceret aquis.
Nunc atros ignes, flammas, incendia miſit.
Quo Veneta in cineres tecta ſoluta forent.
Vidi ego crudelem Riui alti nocte ruinam.
Ardentes paſſim flante Aquilone domos.

Vidi Carbones volitare per aera, vidi
Dæmonibus tortos nocte dieq; feris.
Vidi homines migrare, nouas & quærere ſedes,
Aedibus incenſis innumeriſq; ſuis.
Nunc atram horriſono mouit ſtridore procellam,
Quo caderent alto mœnia ſtructa mari.
Sed Marcus Venetę Præſes, defenſor & vrbis,
Peruigil, excidium pellit, & omne malum.
Nox erat horribilis terra caligine, nimbi
Multiplices, toto fulgura denſa polo.
Vndoſum reboans, tumidum perflantibus auſtris
Spumoſum vaſtis fluctibus æquor erat.
Non agger, non ripa tenet, non littora curſus
Aequoreos, vltra nam mare cuncta vagum.
Non via, non callis, non pons ſtat peruius vrbis,
Non fora, non plateæ, ſed lacus, omne ſolum.
Ciſternas humileſq; domos tegit omnia pontus
Vrbis & Adriacę tecta ſuperba tremunt.
Aliger ex ſacra Leo Marcus ſede repente
Exilit, optatam datq; ſalutis opem.
Per plateam, terramq; nouam decurrit, & omnē
Conſpicit, & luſtrat, nauita ſi quis inops.

Nullus erat, cunctos nautas fortuna fugarat
In valles, caueas, antra remota, lacus.
Cymbula forte ſenis curuo ſub fornice viſa eſt,
Pauper ibi naulum nocte moratus erat.
Accedit clamans, heus qui ſub fornice dormis,
Egredere, oblatum nunc tibi carpe lucrum.
Tunc senior, fragili quo uis nunc tendere Cymba?
Cum naui armatæ non daret vnda viam?
Duc me, Marcus ait, Diui ad Delubra Georgi,
Duc prece, duc precio, duc & amore Dei.
Nauita diuino tandem commotus amore
Exit, & acceptum ducit amore virum.
Peruenit, egreditur, ſacram feſtinat in ædem,
Nec mora, cum ſocio protinus inde redit.
Conſcendunt, mandantq; ſeni, quo nauiget, ambo,
Duc vbi Nicoleos, duc vbi ſana tenet.
Inſcius hic paret nullo diſcrimine Diuis,
Sed facili Diuos nauta labore vehit.
Expoſiti ſubeunt ambo Delubra, morati
Pene nihil, ſocij tres rediere ſimul.
Marcus, Nicoleos, diuusq; Georgius vrbi
Adriacę auxilium grande piumq; piæ.

Nauita tunc fatur, quo vultis tendere Diui?
Agnouit, facies non fuit illa Hominum
Ingreſsi nauem, duc nos ad Caſtra, precamur,
Duc cito, nam robur nunc opus acre tuum.
Duc age, ne dubita, Boream ſuperabis atrocem,
Duc, uinces hyemem per freta longa feram.
Non prece, non precio motus, ſed Numine Diuũ
Annuit. acceptos ad duo Caſtra vehit.
Nauita ſed vectos Caſtris exponere Diuos
Credit, nam pacto munere functus erat.
Vlterius, Marcus, duc nos bone pauper in altum,
Perfer, & obdura, Numine victor eris.
Duc, vbi nigra mari medio ſtant nubila, & vnde
Fulgura, Dæmonibus nauis & atra feris.
Fluctibus infracta defertur Cymbula vaſtis,
Quæ modo ſumma petit, quæ modo ad ima ruit.
Incolumis, quanquam variis iactata procellis,
Vndoſo & cęca nocte agitata mari.
Ingentes ſuperat fluctus pia cymba marinos,
Præterit ac hyemem flamine atroce feram.
Peruolat horribili potius quàm ducitur alto
Cymbula, diuino Numine recta leuis.

Siſtitur in pelago (mirum) ſupereminet vndis,
Inſtabili ſtabilis ſtat ratis alma freto.
Tunc prope coniurant, torquent, Diuiq; minantur
Dęmonibus, ſigno mox crucis inde fugant.
Dęmones igniferi trepidant formidine Diuum,
Diffugiunt, raptim fluctibus ima petunt
In Barathrum volitant Diuis vrgentibus acti,
Præcipites vaſto gurgite ad atra ruunt.
Nauigium picta vortex caligine Ditis
Detrabit in Stygios tartara nigra lacus.
Tunc mare ſedatum, cælo tunc ſydera claro
Reddita, Phœbæa lampade nox nitida.
Mox redeunt Diui merſo Plutone, fugatis
Hoſtibus, effecta pace, quiete mari.
Nauita mentis inops, donec duo caſtra reuerſus
Vidit, & in portum Cymbula uerſa ſuum.
Tunc mentis compos gaudet, Cymbæq; volucri
Incumbit, Diuos ac vehit, vnde tulit.
Nicoleos primum nautis qui pręſidet almus
Editus, vnde domum poſſet adire ſuam.
Tum pius in propriam tibi nauta Georgius ædem
Expoſitus, templo manſit & ille ſuo.

Tertius ad pontem Paleę, deuectus, ibiq;
Admonuit nautam, quę peragenda, ſenem.
Nauita Diuorum, qui pręſens omnia noſti,
Quę Deus in Venetos, quot bona, quāta tulit.
Vir bone, magna quidem nocturno tempore geſta
Vidiſti vigili lumine mira tuo.
Vrbs pelago mergenda fuit, Plutone miniſtro,
Sed Deus optatum contulit auxilium.
Non ego, nec ſocij, ſed qui Deus omnia fecit,
Hoc tulit Adriacis ob pia facta ſuis.
Quare age mi vector, quamprimū mane, Senatū
Ingredere, & narra cuncta peracta Duci.
Nauta diu quid agat dubius, quid nunciet anceps,
Ne ſibi Dux fingi ſomnia vana putet.
Ancipitem Marcus precioſo pignore certum
Reddit, ſecurum deniq; (cerne) virum.
Annulus ecce meus, tibi do pro pignore monſtra
Adriacis dubijs, ancipitiq; Duci.
Hoc tibi pro naulo precium ſoluetur honeſtum,
Hoc dabitur viſo pignore, vera fides.
Pignore nauta hilaris quamprimū mane Senatū
Ingreditur, narrat qualiacunq; Duci.

Obſtupet

Obſtupet auditor Princeps, miratur & omnis
Conſeſſus Patrum, turba verenda ſenum.
Tunc offert pignus notum, quo Curia viſo,
Credidit, & cunctis res rata facta pijs.
Tum merces, preciumq́; ſeni non vile ſolutum,
Præmia pro merito larga fuere pio.
Nauita lætus abit, accepto diuite naulo,
Dux, Patres læti Numine, ſede manent.
Fama refert ſubito Venetam vulgata per vrbem,
Quę mala cæruleis, quot mare fecit aquis.
Ciſternas, puteosq́; refert, humilesq́; penates
Submerſos, fractas innumerasq́; rates.
Naufragium, mortem, caſus, ſuſpendia, nimbos,
Fulgura, terrores, fulmina, & excidia.
Hic dolet, ille gemit, queritur, miratur & alter,
Obſtupet immenſis deniq; quiſquis aquis.
Sedati tandem patres letantur, & orant
Cœlicolas, Chriſtum pręcipueq́; pium.
Dux populo fieri mandat ſolennia feſta,
Imperat & grates, vota, precesq́; Deo.
Res ſacra ſolennis Marci cantatur in æde,
Et laudes, hymnos, organa pulſa ſonant.

Gens foris, ac intus ſupplex, deuota ſuperno
Per fora, perq; vias, per ſacra templa Ioui,
Non hæc ficta cano, non hæc mihi ſomnia (crede)
Sed vero lector verius eſſe puta.
Annales veterum Venetis teſtantur in actis,
Adriaca necnon Marcus in hiſtoria.
Rex iterum ſtygius fraudes molitur inanes,
Et fœdus regum, prælia vana ducum.
Aequore, concuſſu toties conatus, & igni,
Perſiat, ineſpertum, nilq; relinquit atrox.
Marte parat ſæuo Venetos, ſæuoq; tumultu
Perdere, ac medio tollere & orbe pios.
Inuiſus furias totum ſummiſit in orbem,
Terrificam Alecto, Tiſiphonemq; feram.
Tartaream necnon ſtygia de ſede Megeram,
Inuidiam, peſtem, letificamq; famem.
Veſtibulo furię medio ſtant faucibus orci,
Eumenides omni turba parata malo.
Egreſſus cauea penetrali Pluto ſorores,
Alloquitur ſtygio talia verba ſono.
Ite meæ vires, mea magna potentia ſolæ,
Ite meæ ſemper pignora cara Deæ.

Ite odium, lites, diſcordia bella, ferentes,
Inſidias Venetis, impia facta viris,
In Venetum ſæuite Ducem, ſæuite Senatum,
Imperium duro perdite Marte pium.
Haud mora, quęq; ſuis breuibus torquata colubris,
Tanq; bacchantes exilijere feræ.
Letales vibrant colubros, letale venenum,
Spargunt in Venetū dira aconita Ducem.
Vndiq; iam Reges, qui per Plutona coacti
Conſpirant, vna bella parantq; feri.
Coniurant, feriuntq; ratum per tēpora fœdus,
Omnes in Venetū ſtantq;, ruuntq; Ducem.
Hinc Itali venere duces, venere manipli,
Hinc actis, legio dena coacta virum.
Galli equites properāt, properāt centū agmina, cētū,
Turmę, robuſti fortia corda viri.
Hiſpani pedites currunt hinc inde feroces,
Teutonici necnon turba proterua ruunt.
Bella parant, & bella cient, crudele minantur
Excidium, Venetis vltima fata viris,
Conueniunt, Doctam vallant Antennoris vrbē;
Et circunſtantes obſidione premunt.

Nunq; tanta cohors, nec tot, tantiq; manipli,
Impia nec legio tam numeroſa fuit.
Vndiq; concurſus equitum clangore tubarum,
Vndiq; Ductores agmina prompta tenent.
Induperator adeſt, vrget præſentia Turni,
Quum reſonant litui, timpana, ſiſtra, tubæ.
Intus concluſum robur, vis tota Leonis.
Sed pro tot, tantis debile præſidium.
Dux triſtis, mæſti ciues, triſtisq; Senatus,
Et plebs afflicti mæſta Leonis erat.
Tunc Deus omnipotens alto demiſit olympo
Subſidium Veneto Numina cuncta Duci.
Clauiger ecce poli, gladio Tharſenſis acuto,
Marcus, Nicoleos, ac Iſidorus adeſt,
Victor, Ioannes, Lucas, Mattheus, & acer
Thomas, Venetis Dijq;, Deæq; pijs,
En Raphael, Michaelq; ferox Plutona malignũ
Perſequitur, necnon Dæmonas vſq; feros.
Tiſiphone percuſſa gemit, gemit icta Megæra,
Et triſti Alecto victa dolore fugit.
Dæmones, at Pluto pallantes aere toto
Magnanimi Imperium ſub Michaelis eunt;

En Venetæ Virgo Genitrix, en filius almus,
    Protector, præſes gentis vbiq; pię.
Hoſtiles animi furijs cecidere fugatis.
    Eumenides tanti cauſa fuere mali.
Mœnia non audent Pataui, nec tangere muros.
    Nec circùm medijs ſtagna refuſa vadis.
Proſpiciunt altis pugnantia Numina pinnis.
    Proſpiciunt Diuos vrbis ab arce graues.
Aligerum vigilem circum volitare Leonem,
    Atq; animos, vires, & dare tela ſuis.
Vndiq; congeſto pugnax ex aggere Marcus.
    Vndiq; defendit mœnia lata ferox.
Prouocat imbelles, trepidos formidine Gallos,
    Hiſpanos, necnon, Teutonas ore truces.
Prouocat, irridet alta de turre fugaces.
    Prouocat exclamans, ſtrenue quiſquis adi.
Prouocat heſperios altis de mœnibus hoſtes,
    Inſultat, ſequitur, verberat, atq; ferit.
Vnde procul ſtantes muſſant, conſultaq; voluunt,
    Multiplices variant nocte, dieq; vices.
Omnia conantur, fruſtra tamen omnia fiunt.
    Inq; leues volitant irrita facta notos.

Quicquid agũt, ſtatuũtq́; Duces, perit omine fauſto,
Atq; lupum ancipites mordicus aure tenent.
Nil agit, aut vrget magni præſentia Turni,
Sed manet imbellis, tempus & omne terit.
Tempus abit vacuũ, diſpendia maxima fiunt,
Quæ meruit miles, duxq́; tributa petit.
Ignari quid agant reges, noua pectore verſant
Conſilia, & ſubito caſtra mouere parant.
Miles abit, Dux, Princeps, Rex, ipſe Induperator,
Prǫcipites capiunt nocte, dieq́; vias.
Diffugiunt omnes turmatim, ac ordine nullo,
Oderunt dubii tela ſiniſtra Dei.
Dic rogo, nonne Dei fuit hæc victoria magni?
Non hoc excelſi dextra peregit opus?
Non hęc (crede mihi) palma eſt ſine Numine diuũ,
Nec ſunt mortali talia geſta manu.
Gloria quanta Duci Veneto? quantusq́; triũphus?
Et quantum toto ſtabit in orbe decus?
Pro quo pugnauit, compreſſit Iuppiter hoſtes.
Dæmonas, & Ditem contudit arte ferum.
Qui toties Venetam voluit peſſundare gentem,
Inuidus illuſtrem perdere Marte Ducem.

Mœnia concuſſit, ſuccedit & obruit vndis
Pergama, vaſtauit naufraga tecta mari.
Quid non expertus, quid non molitus in vrbem
Adriacam? quid non fraude peregit atrox?
Omnia connixus, fruſtra tamen omnia (cerne)
Omnia conciliis irrita facta malis,
Conatus demum Venetos confundere Ciues,
Perfidia, inſidiis, proditione, dolis.
Munere barbarico mentis ingreſſus auaras,
Compulit in patriam corda maligna piam.
Auro corrupti Ciues, auroq; ruinam,
Excidium patriæ conſtituere ſuæ.
Barbara gens furtiua tota diffunditur vrbe,
In promptu ſummo cardine ducta latet.
Vndiq; conueniunt taciti, denſantur vbiq;,
Diſſimiles habitu, tempore, voce viri.
Inſidiæ ſubito panduntur Numine diuum,
Proditio interna ſeditione patet.
Nicoleos Venetam grauis ære Cauatius vrbem
Vendiderat, Dominos perfidus arte ſuos.
Proditor occultus cladem meditatus acerbam,
Proditor, & patriæ venditor adriacæ.

Detectus moritur, laqueo ſuſpenſus amaro.
Perfidiæ & ſceleris ſigna nefanda viri.
Perditur & laqueo ſuſpenſus Abundius vnà.
Auri qui ſponſor, qui malus obſes erat.
Diſpenſator opum, propriæ diſpendia vitæ
Perpeſſus, merito fune pependit inops.
Tollitur in medio Præſul, primarius author,
Cauſa mali preſes totius excidij,
Hic ſacer ex ſacra natus vir pellice, nothus,
Perfidus, infamis, ſeditioſus, atrox.
A valeo nomen deducit, & ęre, Sacerdos,
Magnus, regali Diues & ære potens.
Fraude vafer patrię bellum ciuile parauit,
Miſcuit inſidijs faſq;, nefaſq; ſuis.
Impius in patriam, populũ, ſanctumq; Senatum,
Impius inq; Duces, impius inq; Deos.
Antiſtes crudele nefas molirier auſus,
Auſus barbaricis vendere regna viris.
Heu, heu, ſi voti compos, ſiq; vrbe potitus,
Heu, heu, quot Venetis impia, quanta pijs!
Non licet Adriacam, nec fas euertere gentem,
Quam Deus auſpitio, quamq; tuetur ope.

En ruit, en preceps ſolio detruſus ab alto,
En miſer in Barathrum, perniciemq́; ſuam
En gemit, en laqueo torquatus in aere pendet.
En necis, en meriti dat monumenta ſui.
En tandem cuicunq; bonum, cuicunq; ſalubre
Conſilium tremula voce moratus ait.
Diſcite Patricij patriam ſeruare perennem,
Diſcite & exemplo fata cauere meo.
Primates, Domini, vigiles patresq́; ſeueri,
Perpetua Imperium pace tenete pium.
Vos alij properate fugam, properate rebelles.
Extorris, profugus, tuq́; malignus abi.
Has moneo infames iam iam vitate columnas,
Si ſapis, hunc vita fur, Ree, latro locum.
Hic ſcelerum pœnæ fiunt, ſuſpendia, cædes,
Hic meritis tandem premia digna viris.
Accelera procul hinc, nocuit differre moranti.
En morior, propera turba ſceleſta, fuge.
Non eſt hec profugis ſtatio bene fida malignis,
Non eſt conſilio gens mala (crede) bono.
Quiſquis ades mihi parce reo, mihi parce merenti
En laqueus meritis præmia digna meis.

Vos eſtote pij Dominis, eſtote fideles.
Viuite fœlices, quiſq; valete viri.
Omnipotens miſerere mei, miſerere precantis,
Affer opem, ſerua, ſuſcipe me miſerum.
Trine Deus me prende tuum, me prende cadentē.
Suſcipe (quæſo) animam ſuſcipe (quæſo) meam.
Tu prȩſto expedias, moribundaq́; membra repente
Confice, vita mihi mors cita, ſtringe, neca.
Quàm bene conſuluit, tribuitq́; exempla ſalutis,
Fœlix, conſilij ſi memor ante ſui.
Fœlix, ſi ſolam virtutem noſſet, & illam
Amplexus, ſolio prȩſul in orbe ſuo.
Non certe infamis Barathrum demerſus in imum,
Nec furcæ infauſto perditus exitio.
Vndiq; diffugiunt pedites Ductore perempto,
Vaneſcit tacitis turba parata dolis.
Innumeri latuere viri Veneta vrbe rebelles
Innumeri varijs clamq́; abiere vijs.
Alter præſul erat, Venetis qui mœnibus aſtu,
Occulta excidium fraude parabat atrox.
Immemor officij Prȩſul crudelis, & oſor
Impius, in dominos ob maledicta pios.
Inſidias demens Præſul meditatus inanes

Compoſuit fictis ſcripta doloſa notis.
Tollere de medio Marci conatus amicos,
Inſontes praua perdere & arte viros,
Pompeios ſacer ille pios, ſacer ille fideles
Penè tulit falſis proditor ille dolis.
Sed Deus innocuos voluit cognoſcier omnes
Pompeios ſtabili corde, rataq́; fide.
Quos ſimul agnouit Princeps, ſanctusq́; Senatus,
Grandia pro damnis dona dedere ſuis.
Illæſos, hilares magna cum dote reuerti
Iuſſerunt, pugiles ire, vigere ſuos.
Haud mora, concelerant læti diſcedere ab vrbe
Adriaca, referunt vnde trophęa domum.
Proditor ille vafer laqueo torquatus in altum
Tollitur, & cunctis dat documenta viris.
Conſilium, monitusq́; pius morientis ab ore eſt,
Vtilis & ſermo, ſana loquela viri.
Exemplum cuicunq; bonum, cuicunq; ſalubre
Confert, extrema voce ſeuera monet.
Diſcite vos pueri, iuuenesq́; viriq́; ſenesq́;,
Diſcite, conſilio falſa cauete meo.
Diſcite, commoneo, veſtris eſtote fideles
Principibus, Dominis ſemper adeſte pijs.

Diſcite virtutis laudem, probitatis honorem
Et Decus, inſontum prꝭmia magna virum.
Diſcite, vos doceo, vitij, ſceleriſq; doliq;
Finem, perniciem, Dedecus, opprobrium.
Per fas, perq; nefas omnes cognoſcimur, omnes
Aut vitio, aut laudi tradimur orbe viri.
Non ego fur latro, non vir ſicarius, exlex,
Atheos, Apiſtos, non homicida fui.
Sed mitis, comis, purus, ſimplexq; Sacerdos
Creditus, & multis Diuus vbiq; viris.
Ah fatum crudele meum, execrabile ſydus,
Infœlix aſtrum, Luna maligna nimis.
Heu furor inuaſit miſerum, miſerumq; furentem
Impulit in laqueos vincla pudenda meos.
Quos ego Pompeijs fallaci fraude paraui
Innocuis nocuus, ſons, ferus, ater, atrox,
Infcœlix, maleſanus ego, qui percitus ira
Compegi exitium fata verenda meum.
Impatiens irꝭ, vindex, vltorq; volebam
Perfidia, inſidijs, fraude, doliſq; meis.
Vnde ego ſuſpendor fallax, pœnamq; decentem
Perpetior, meritis ſuppliciumq; meis.
Pan. *Parcite Pompeij miſero mihi, parcite gentes,*

Parcite confeſſo faſq́; nefaſq́; reo.
Parcite vos Veneti, veniam, præbete rebelli
Fœdifrago, infido, falſidicoq́; ſeni.
Parcite vos quicunq; mihi, mihi parcite ſonti,
Pro me corde, animo, voce rogate Deum,
Omnipotens animam miſeri pendentis alumnam
Suſcipe, da regnis ſemper ineſſe tuis.
Me tibi cõmendo, mihi nunc ſuccurre vocanti,
Adſis, meq́; pio prende, teneq́; ſinu.
Inde animam ſubito fudit ſuſpenſus inanem
Aera per liquidum ſydera ad alta ſuam.
Mox populi murmur Veneti, vulgiq́; ſuſurrus,
Ac hominum toto talia verba foro.
Quàm bene, q̃ uere fatus, ſanctéq; Sacerdos,
Quàm ſapiens, fœlix, quamq́; beatus erat.
Si non impoſtor, mendax, vindexq́; doloſus,
Si non Pompeis impia ficta pijs.
Quàm facie inſignis, q̃ pulchro corpore, quamq́;
Ingenio præſtans, quamq́; diſertus homo.
Infauſtus frater conſors, & conſcius aſtus,
Confictæ fraudis teſtis atrocis iners.
Carcere perpetuo centum damnatus in annos
Degit hic infœlix, ni Deus inde trahat.

Adriacam quicunq; malum molitur in vrbem,
Continuo turpi tollitur interitu.
Aut vinctus ſaxo pelagi peſſundatur vndis,
Aut moritur iugulo, carcere, fune, fame.
Aut ad Sauromatas, Morinos, aut vſq; Britãnos,
Transfuga perpetuo degit in exilio.
Deſine iam Pluto quicq; tentare malignum,
Deſine, deuota ſorte quieſce tua.
Peſſime cede Ioui, fraudes iam tolle doloſas,
Eumenidas, triplicem comprime Pluto canem.
Iuppiter e cœlo Venetam qui condidit vrbem,
Seruat, præſidio protegit vſq; pio.
Iuppiter imperium cuſtodit, mœnia, & arces
Extructas Venetis docta Minerua locis.
Rex pelagi Venetam defendit in æquore gentem,
Aequoreamq; ſuam dat bene ſemper opem.
Infeſtos Venetis hoſtes Neptunnus in alto
Perſequitur, triplici cuſpide terga ferit.
Obruit, aut ſcopulis impingit, Syrtibus vrget,
Diſſipat, expellit finibus Adriacis.
Numine diuino tuta eſt vrbs inclyta, diues,
Fœlix, ſubſidijs fauſta beata datis.
Quis vates celebri verſu certamina cantet?

Quis palmas Venetum? parta trophæa Ducum?
Quis bona Primatum? quis vaſa argentea? quis ue
Aurea? quot, quanta dinumerare queat?
Quis demum populi merces? aulæa? tapetas?
Quis nummos, gēmas, diuitis vrbis opes?
Dux age theſauros, vires, monſtraq; biremes
Aeratas, naues non hyemare tuas.
Eia age pro Chriſto pugna terraq;, mariq;,
Pro Chriſto pugna, vince, trophæa refer.
Ne dubita tentare, feros confundere & hoſtes,
Ne dubita, Diuum Numine Victor eris.
Non vrbs (crede) tua Veneta fœlicior vrbe,
Necnon & toto ditior orbe viget.
Non mirum, quando conſtructa eſt omine fauſto,
Auctaq; fœlici ſemper in Imperio.
Imperium ſine fine datum, ſine fine futurum.
Dum Ius, dum pietas, dum rata Relligio.
Dum populi cōmunis amor, dum publica cura,
Dum pax Adriacis grata, quieſq; viris,
Nulla fames, ac nulla ſitis, diſceſſio nulla,
Vnde furor, Mauors, vnde ruina ſolet.
Quod veteres fecere pij, fac ſtrenue Princeps.
Horrea pauperibus fac bene aperta tuis.

Annonam, victumq́; para, da gentibus amplum,
Tolle ſitim, rabidam deniq; pelle famem.
Plebiuoros, populumq́; tuum crudele vorantes
Comprime, fac Veneta ſint procul vrbe Lupi.
Pacatum, tutumq́; reges ſine fine quietum
Imperium, fauſto Numine, vt ante, tuum.
Dux memor officij tanti, & metuende Senatus,
Da ſpolia excelſo Ditis opima Ioui.
Da laudes Marco, Magno da feſta merenti,
Cœlicolis hymnos, vota, preceſq; piis.
Da ſeruatori cultus, da thura per aras,
Da Chriſto gratum corq;, animumq́; pio.
Qui loca ſepta mari, tot opes, tot caſtra, tot vrbes;
Tot bona, tot palmas, totq; trophæa dedit.
Imperium qui pace fouet, qui pace tuetur,
Protegit, & latum prorogat vſq; tuum.
Inclyte Dux gaude, patres gaudete perenni
Imperio, æterna pace, quiete pii.
Adriaci gaudete viri, gaudete ſalute
Perpetua, allato cœlitus auxilio.
Lætitiam Veneti ex omni capite ordine Ciues,
Et pacem, & grates ſemper habete Deis.

FINIS.

DE DOMVS CAPELLAE LAVDIBVS AD MAGNIFICVM

Antonium Capellum Diui Marci Procuratorem digniſsimum.

CArminibus cãtãda meis Domus ampla, Propago
Inclyta ſtemmatibus nobilitata ſuis.
Clio Muſa vide, ſumpta eſt prouincia maior
Viribus, ingenio materiesq; meo.
Te ſine non valeo, cœptis audacibus auſis
Affer opem, carmen dirige Diua meum.
Ampla domus generoſa viget, generoſa propago,
Cuius honos rutilat, ſplendet vbiq; Decus.
Diffuſum nomen, totum diffuſa per orbem
Fama, Decor volitat cuncta per ora virum.
Quod mare? quæ tellus? quæ gens tã barbara neſcit?
Quanta huius terra, quantaq; geſta mari?
Quem non vmbra domus delectat grata Capellę?
Quem non ampla capit, ac beat alma domus?
Omnes extollit, defendit, fulcit, & ornat,
Fœlices reddit quos velit ipſa viros.

F

De te non carmen, ſed opus, mihi crede parandũ,
Tot ſunt ingenio, tantaq́; facta tuo.
Tot mihi ſuccedunt de te dicenda, quod vnde
Aequoris, & cœli ſydera nocte micant.
Vnde ego principiũ faciã, aut vnde ordiar, anceps,
Inſcius in factis, quid loquar ante tuis.
Vidi ego, teq́; virum noui Patrone benignum,
Munificum meritis nocte dieq́; meis.
Clementem, placidum cunctis in rebus amicis,
Cognatisq́; pium ſemper vbiq; virum.
Confugium, columen, portus, tutela fuiſti,
Subſidium miſeris, Præſidiumq́; viris.
Non fuit, eſt, nec erit Diues præſtantior alter,
Splendidior necnon, promptior, aut melior.
Quid non expertus, quid non molitus adiſti?
Quid non diuitijs ſemper vbiq; tuis?
Omnia tentaſti, feciſti cuncta, potitus,
Conſilij, voti compos in orbe tui.
Expenſæ nulli parſiſti Dapſilis, amplus,
Largus, & effuſor, non vir auarus opum.
Tu cum Principibus curru certare ſolebas,
Venatu, canibus fortis, & acer equis.

Dum iuuenis Choreę, cantus, ſolatia, riſus,
Feſta, ioci, Veneres complacuere tuæ.
Non leuis ambitio, faſtus, non gloria mundi,
Non Venetæ optatus quilibet vrbis honos.
Diues opum contentus eras, ditiſsimus agri,
Fertilis, vnde bonis horrea plena tuis.
Vino multiplici, varioq́; coloribus ampla,
Longaq́; ſub terra cella referta bono.
Fœlix (crede mihi) fœlix (mihi crede) beatus,
Cui bene quod ſatis eſt, ac ſuper orbe datum.
Huic gemini nati ſoboles inſignis oborti,
Pignora conſpectu pulchra, decora ſuo.
Alter Procurator adeſt Antonius, Alter
Præreptus ſæua morte Marinus erat.
Strenuus ille fuit robuſto corpore, mente
Solerti, ingenio promptus vbiq; ſuo.
Cur fera Parca virum lecuiſti falce? necaſti
Ante diem? cur non Parca morata parum?
Inuida cur fuſos rupiſti, fila, columq́;
Huius? crudelis Parca, maligna nimis?
Deprecor alterius ſaltem producier annos.
Nam pylij dignus ſæcla videre ſenis.

Dignus & in ſolio Princeps conſidere, dignus
Imperio, ſummo dignus honore frui.
Prole pater tali gaudet, ſi ſenſus in vmbris,
Qualis nunc generis gloria ſumma ſui.
Quale domus Iubar eſt. quale ē decus omne capellę,
Qualis nunc patriæ ſplendor, honosq; ſuæ,
Adriaca celeber tota eſt Antonius vrbe,
Vir pius, ac clemens, virq; ſeuerus adit.
Non prece, nec precio iudex æquiſsimus, alter
Aeacus, ac Minos, ac Rhadamantus adeſt.
Alter Ariſtides, alter Numa, Pollio, & alter
Mæcænas, doctis fautor vbiq; viris.
Pupilli, viduæ, Matres, Nymphęq; pudicæ,
Pauper, inops, Diues, quiſquis adite virum.
Si quid litigij, ſi quid de iure negatum,
Si qua tibi Iudex fecit iniqua vetus,
Ad fora turba redi, narra tua iura, ſeuero
Si tibi ius, voti iudice compos eris.
Oſor nequitiæ iudex, falſiq;, doliq;,
Iuſtitiæ, veri, ſimplicitatis amans.
Hoc ſub relligio, pietas, clementia, candor
Collucent, virtus, mos, pudor, omne bonum.

Si patris ſimiles, vel ſi veſtigia Auorum
Complexi, celebres nomine ſemper erunt.
Dij faueant, cœptisq; meis pia Numina votis
Aſpirent, tribuant, qualiacunq; velim.
Quale velim, vel quale petam, fortaſſe putabis
Illicitum. Vates debita iura peto.
Illuſtrem Cornu ſolio regnare Capellum
Exopto, aurata ſede videre Ducem.
Sedulus hic Princeps Venetas, ſi forte creatus,
Seruaret leges iura verenda pias.
Principe ſub tali quid non ſperare liceret?
Quid non? dic ſodes. num bona cuncta ſimul?
A Duce prudenti fieri fas omnia recte,
Omnia ſolerti rite peracta Duci.
Non hic ad dextram flexus, flexusq; ſiniſtram;
Sed conſtans æquis rebus vbiq; ſuis.
Hunc Veneti patres, hunc demũ ſancte Senatus,
Eximium, exortem condecorate virum.
Adriaci Proceres talem, tantumq; regentem
Sumite Primatem, ſumite iamq; Ducem.
Fata virum ſeruate grauẽ, ſeruate ſeuerum,
Quo fugiat vitium, quo ſcelus, omne malum.

Fata (precor) ſeruate Ducem, ſeruate futurum,
Quo vigeat virtus, quo Decus, omne bonum.
Dux bene de populo clemens ſentiret alendo,
Plebiuoros Veneta pelleret vrbe Lupos.
Vbertas Cereris, Bacchi foret, amplaq; rerum
Copia, Saturni ſęcla beata forent.
Paſceret hic populum, plebem, ac ignobile vulgus,
Paſceret indigenas Dux pius vrbe ſuos.
Pane famem, vinoq; ſitim ſedaret acerbam,
Flaua Ceres paſsim, liber vbiq; foret.
Hæc duo ſola inopi populo, duo ſola fugaret,
Nam male ſuada fames, nam maleſuada ſitis.
Alma Ceres, Bromius, miſeræ primaria vitæ
Commoda, nam potu, vita tuenda cibo.
His ſine vita perit, rugit, bacchatur inanis,
Impatiens, agitat quam furor intus atrox,
Turba rudis ieiuna furit, ieiuna timere
Neſcit, compota, paſta quieſcit iners.
Gens hilaris, quæcunq; pio ſubiecta Leoni,
Degeret, ac cunctis ocia, paxq; viris.

De Domus Grittææ laudibus.

Imparibus Grttęa modis cantanda propago,
Quæ primum Veneta nunc tenet vrbe locum.
Calliope mihi Diua faue, ſuccurre canenti,
Ardua, difficilis res (precor) affer opem.
Auxilium rogo Diua tuum, vocemq́; canoram,
Aſpira cœptis Muſa benigna meis.
Nunc ſolio Grittæa Domus ſublimis in alto,
Illuſtris ſummo ſplendet honore Ducum.
Fama Domus celebris totũ vulgata per orbem,
Cantatur cunctis nomen vbiq; ſuum.
Nomen grande Domus Grittæę, gloria grandis,
Grandia ſunt terra, grandia facta mari.
Quis ſinus Oceani, quę pars, quæ Regio mundi?
Neſcia Grittæę qualia; quanta domus?
Hac de ſtirpe viri fortes, belloq́; feroces,
Viribus, ingenio, conſilioq́; graues.
Hac de ſtirpe Duces terra, pelagoq́; tuentes
Res Venetas, titulos, nomen, & imperium.
Hac de ſtirpe vide tot iam, quot ligneus olim
In Priami tractus Pergama fudit equus.

Infœlix, fœlixq; ſimul Dux(crede)beatus,
Impos, & hic voti compos in orbe ſui.
Infauſtus quoties alieno crimine, culpa,
Defectu, toties fauſtus vbiq; magis.
Infœlix quoties, toties fœlicior exit,
Fortior, illatis promptior vſq; ma is.
Præualuit ſophia ſemper terraq;, mariq;
Virtute, ingenio, robore, conſilio.
Adriacis gratus, ſocijs iucundus, amic s
Vtilis, ac miſeris præſes ubiq; Viſis.
Magnificus Princeps, generoſus, Dapſilis uſq;,
Munificus, venetum gloria ſumma Ducum.
Hic pietas, hic cana fides, ſyncera uoluntas,
Subſidium cunctis, Præſidiumq; ſuis.
Omne decus natura Duci dedit, omne decorum,
Omne ſophos, Dotem contulit, omne bonum.
Dum puer inſigniſ ſtudij, virtutis, honeſti
Cultor, Dum Iuuentis fortis, & acer erat.
Illuſtri uultu, robuſto corpore, mente
Compoſita, ex omni parte beatus erat.
Non venus hunc, nec amor, non hunc laſciuia uicit,
Non ſcelus, aut vitium commaculauit iners.

Ocia non cordi, ſed virtus ſola placebat,
Solus honos Iuueni, Gloria ſola probo.
Inde breui, ſubito poſtq́ Gritteus adultus,
Integer, intrepidus, fortis vbiq; vigens.
Aſtu ſolertem ſophia ſuperaſſet Vlyſſem,
Eloquio Pylium, conſilioq́; ſenem.
Aiacem, Teucrumq́; ſimul, ſimul acer Achyllem,
Atridas bello, militiaq́; graues.
Pellæum Iuuenem, Cyrum Gritteus, & Afrum
Annibalem Romæ ſemper vbiq; ferum.
Scipiadas geminos belli duo fulmina, cunctos
Romulidas, alios, quiq; fuere Duces.
Omnibus antiquis longe præſtantior vnus,
Robore, Iuſtitia, ſedulitate, fide.
Magnanimus Gritteus adeſt fortiſſimus alter
Cæſar, & in cunctis actibus Argus ineſt.
Obruor ex actis, meritis, virtutibus huius.
Opprimor, oppreſſus deſino plura loqui.
Cuncta Ducis quiſnam Grittæi carmine vates
Concipiat? celebret geſta, Trophea ſuo?
Non mihi, non alij fas eſt comprendere verſu
Omnia Grittæo quanta peracta Duci.

Iratum Venetis Turcam Grittæus amicum
Reddidit, & mitem fœdere, pace ferum.
Gallorũ Regem in Venetos crudeliter hoſtem,
Pacatum, ſocium fecit vbiq; pium.
Induperatorem Venetis extrema minantem
Diſſimilem, varium, fecit abire leuem,
Innumeri contra Venetos venere Tyranni,
Innumeræ gentes, innumeriq; Duces.
Conuenere omnes, ſubitoq; Antenoris vrbem
Vndiq; vallantes obſidione premunt.
Quid non conati? quid non fecere tyranni?
Quid non Ductor, eques, Miles atroxq; mali?
Deluſi tandem, fruſtraq; abiere dolentes,
Diſiuncti, vincti quiq; fuere ſimul.
Omnes Grittæo victi, fuſiq; per agros
Diffugiunt trepidi nocte, dieq; viri.
Diffugiunt, celerantq; fugam, perq; auia currunt
Ancipites, Venetus ne ſequeretur eques.
Nomine Grittæi ſolo Rex territus, inde
Cœpit iter celerem Miles, & inde fugam.
Auſpicio, ductuq; Ducis victoria parta eſt,
Conſilio, monitu fœdera, paxq; ſuo.

DE DOMO CORNELIA

ad Georgium Cornelium.

Stemma tuum, Laudes, titulos generoſa propago,
Ordior, & meritis parta trophęa tuis.
Ardua res, imparq; meę prouincia muſæ,
Ardua, & ingenium debile ad alta meum.
Inferior mea muſa tuis Cornelia geſtis,
Inferior, quiſnam tot tua facta canat?
Quiſnam concipiat dignos uirtute triumphos
Verſu? quis celſæ grandia facta Domus?
Non celebris ſolum magnas tua fama per urbes,
Sed canitur paſſim nomen in orbe tuum.
Grande decus, ſublimis honos, regalis ubiq;
Splendor, puniceum gloria ſumma patrum.
Stat genus excelſum, Romano ſanguine ductum,
Vnde tot, & tanti proſiliere Duces.
Hinc Marcus veneta Princeps ſublimis in urbe,
Sub quo lex ſancta cum pietate fuit.
Sub quo relligio, probitas, opulentia rerum,
Iuſtitia, & placidæ pacis alumna quies.
Strenuus hinc celebri de ſtirpe Georgius exit,
Cui ſummam imperij Dux dedit adriaci.

Contudit hic valida ſæuos virtute rebelles,
Contudit Adriaca quicquid ab vrbe mali.
Inſidijs tandem medios delapſus in hoſtes,
Infœlix capitur fraude, doloq́; ſenex.
Qui toties Senior tortus, qui carcere tetro
Multa ſuo indigne corpore acerba tulit.
Qui per legatos quoties quæſitus, ab hoſte
Reſponſum falsò fata obijſſe virum.
Sed poſtq̃ exarſit Princeps, totusq́; Senatus,
Redditus ille ſibi, redditus ille ſuis.
Redditus infœlix fato moriturus iniquo,
Tradita nam fuerant pharmaca dira viro.
Id tamen incertũ, ſcelus hoc crudele ferebant,
Ne rurſum a Venetis miſſus ad arma foret.
Hector hic alter erat, prudens hic Neſtor, in armis
Scipio, pro patria, Marcus & Attilius.
Hic bene de Veneta meritus ditione, domiq́;,
Atq; foris, patriæ ſtratus amore ſuæ.
Quo ſatus eſt Marcus ſapiens Cornelius, ille
Marcus, cui Marco tempus in omne decus.
Conſilijs, monitisq́; pijs, non viribus vrbi
Vtilis, huic quando pes, manus ægra foret.

Hic,

Hic, quoties ſummis patres de rebus agebant,
Lectica vectus quæ facienda dabat.
Nam ſapiens, ſolers, ac ſeruantiſsimus æqui,
Appius hic, patriæ peruigil Argus erat.
Solus hic in precio, ſublimi ſolus honore,
Cui mens regalis, gloria celſa viro.
Summus honos, ſummumq́; decus, ſublime tributũ
Quo maius (fateor) non potuiſſe dari.
Excelſum, ſublime decus, ſummũq́; paratum eſt
Quod Cyprio regi filia nupta foret.
Filia ſola patri præſtanti corpore nympha,
Virgo flos redolens, virgoq́; gẽma micans.
Cui color in facie miſto candore rubori,
Pectora cui ſcythica candidiora niue.
Regalis ſermo, greſsus regalis, & ora,
Atq; manus, quales ſceptra decere queant.
Hanc petit vxorẽ, capit hanc deuinctus amore
Iaccus, Reginam Rex facit ille ſuam.
Haud mora, Rex ſpõdet, deſpõdet Marcus, & arcte
Iuncta manus, ſancta copula iuncta fide.
Prætereo, quali, & quanto conuiuia luxu,
Quantaq́; ſunt Venetis feſta peracta viris.

Ducitur in Cypron Regi Cornelia virgo,
Et tranſgreſſa fidem dos opulenta ſubit.
Peruenit, ingreditur Cypron Regina beatam,
Vndiq; virgineis aſſociata choris.
Cypria regali paſſim conſtructa paratu
Mœnia, Reginæ congrua tecta nouæ.
Occurrunt matres, occurrunt vndiq; nymphæ,
Obuia Reginæ Fœmina, virq; ſuæ.
Occurrunt proceres iuuenum comitante caterua,
Et Dominam lętis excipiunt animis.
Concentu, plauſuq; omnes, vultuq; ſalutant,
Cumæosq; optant regna beata dies.
Atria quid referam varijs ſplendentia ſignis?
Illuſtres thalamos, aurea fulcra, toros?
Regia quid memorem dubio conuiuia luxu?
Quid choreas, cantus, nocte, dieq; ſonos?
En Cypris, natiq; duo, charitesq; decentes
Saltant. En quatiunt terq;, quaterq; ſolum.
Omnia læta quidem, propter ſponſalia tanti
Regis, triſtitiæ non locus vllus erat.
Sola dolet Iuno, cui vincla iugalia curæ,
Solus hymen triſtis viſus abire Deus.

Heu bone Rex, Iuno, modicum lętabere, dixit,
Heu nimium celeri tempore fata manent.
Tempore nec longo viuet tua poſthuma proles,
In qua longa tuæ ſpes ditionis ineſt.
Dicta fides ſequitur, veri nam præſcia Iuno,
Supremum regi vaticinata diem.
Rex obit, & moriens regnum, prolemq́; futuram
Legat, & adriacis cuncta regenda viris.
Forte fuit præſens Reginę patruus acer,
Intrepidus, cuius fama perennis erit.
Qui Cyprum, neptemq́; piam, regalia cuncta
Rexit, & imperij pondera ſumma tulit.
Qui bene pro patria cecidit, pro nepte tuenda,
Quum furor in Cypro motus ab hoſte graui
Infœlix Regina virum lugebat ademptum,
Et cędem patrui, fataq́; ſæua ſui.
Totaq́; lugubris, contectaq́; veſtibus atris,
Et modo quę læta, Regia triſtis erat.
Iamq́; ſibi, natoq́; timens orbata marito,
Conſuluit patres, quę peragenda, pios.
Tunc Princeps, Venetiq́; graues conſulta dederũt,
Nil melius patriam q̃ remeare domum.

Quid faceret, ſæuo cum non regina tumultu
Tuta? nec ancipiti Marte quieta foret?
Anceps mater erat, quia veræ cura parentis
Omnis in Aſcanio ſtabat, amorq; ſuo.
Viuere fata vetant, Lacheſis nã ſtamina rumpit,
Et rapit à tepido matris acerba ſinu.
Tunc tu Corneli Veneto Germane Senatu
Miſſus, Reginæ ſpesq;, ſalusq; tuæ.
Gaudia triſtitiæ, lachrymis ſolatia fuſis,
Spesq; boni, Genitrix plena timoris erat,
Ancipitem reddis certam Germane ſororem,
Germanam ſolers ducis & inde tuam.
Quæ Cyprum, Diadema ſuum, regalia ſceptra,
Omnia, ſeq; vni tradidit ipſa patri.
Externo imperium tribuit Sydonia Dido
Aeneæ, & paulo poſt moribunda gemit.
Grandia Demophoon tribuit tibi regna lygurgi
Phyllis, & ex illo munere triſtis obit.
Aegyptum Cleopatra ſuam ſubiecit amanti,
Inde necem gemino triſtis ab angue tulit.
Hæc Regina pio tradens ſua regna Parenti,
Tranſtulit in patriam ſeq;, ſuosq; domum.

Hæc, vbi nata fuit regali culta paratu,
Indicia excelſi prætulit ampla gradus.
Maieſtas regalis erat, regalia geſta,
Omnia regalis plena decoris erant.
Diuini cultus, diuinæ legis amatrix,
Virtutum, & ſancte religionis erat.
Hęc inopes miſerata viros, miſerata vagantes,
Hoſpitium cunctis, ſubſidiumq́; dabat.
Hæc viduis ſolamen erat, caſtisq́; puellis
Dos, hęc infauſtis portus, & aura viris.
Officium quodcunq́; pium pia mater obibat,
Tolleret vt celſo ſeq́;, ſuosq́; polo.
Suſtulit, inde pari procedis honore Georgi,
Et dubium, tu ſis maior: an illa facis.
Nemo te grauior, te nemo potentior uno,
Nemo te toto ditior orbe viget.
Diues opum Crœſus, gēmarum diues, & auri,
Omnia cui fuerant aurea tacta manu.
Diues agri Sichæus erat dilectus Eliſę,
Infælix auro ſed perit ille ſuo.
Te tua ſucceſſu ſeruat fortuna ſecundo,
Seruabitq́; omnis inuidioſa dies.

Diuitis ampla quidem parta eſt opulentia cornu,
  Vnde tibi nomen creditur eſſe datum.
Vndiq; diuitiæ terra, pelagoq́; feruntur,
  Vndiq; multarum creſcit aceruus opum.
Aurea quod paßim, quod vaſa argentea fulgent?
  Gemmarum quanto pondere onuſta domus?
Copia quanta domi? quanta opulentia? quantum
  Stemma? tuæ quantus nobilitatis honos?
Iam titulos, laudes, iam cultus, geſta, triumphos,
  Et dignum cœlo iam meditare decus.
Tu bene de patria meritus diſcrimina mille,
  Milleq́; fallaci paßus ab hoſte dolos.
Marte fero noſti populos frenare ſuperbos,
  Altaq́; ſub forti colla tenere iugo.
Aſpera Teutonici ſedaſti bella tumultus;
  Quum data ſunt iuſto millia Marte neci.
Tunc tibi præclaro victoria parta triumpho,
  Tunc tibi victrici fixa trophæa manu.
Tunc tua percelebris totum vulgata per orbem
  Virtus, ingenium, conſiliumq́; tuum.
Tunc bene nota fides, pietas, ſolertia cunctis
  Patribus, & Venetis congrua geſta tuis.

Quum tot, tanta tuo ductu confecta ſecundo,
Inuidia ex orta eſt exitiale malum.
Qũum fera Gallorum fracto iam fœdere regis,
Agmina crudeli bella parata manu.
Quum percuſſa forent ſocialia fœdera regum,
Impia quæ in Venetos arma tulere pios.
Haud mora, iã Princeps, Patres cõſulta frequẽtãt,
Decernunt hoſtes fine mouere feros.
Innumeræ coeunt acies, noua caſtra parantur,
Duxq; Ducum ſolers agmina iuncta tenet.
Prouiſor Grittus ſapiens, Prouiſor & ipſe,
Et bene conſilijs omnia recta tuis.
Sed Ductor quidam præceps, temerarius, audax,
Victricem pugnæ rupit atroxq; moram.
Qui ruit infœlix medios capiendus in hoſtes,
Perdidit ac auſis tanta trophæa ſuis.
Non aderas, ſed tunc Corneli Brixia diues
Conſilium, regimen grande morata tuum.
Tunc vero tantæ tua ſi præſentia cladi,
Non ſic imperio pugna peracta tuo.
Sed bene certaſſes contando prœlia ſolers,
Perq; grauem facilis palma parata moram.

Gloria quanta tuis meritis, quantusq; triumphus?
Hoſtis ſi nullo Marte fugatus atrox?
Qualia tunc Venetis donaſſes mœnia? & vrbes?
Quæ ſpolia excelſo victor opima Ioui?
Quàm bene Corneli fœlix, quàm prole beatus,
Cui nati tanto nunc in honore vigent.
En tibi iam magno par eſt Franciſcus honore,
Qui columen generis, qui iubar atq; tui.
Magnificus, qui dulce ſuis ſolamen amicis,
Inter & æquales dulce ſodalitium.
Splendidus, excellens, hilaris, facundius, in omni
Dogmate, Phœbei præſidiumq; chori.
Tempora Cardineo redimitus ſacra galero
Marcus, qui generis gloria celſa tui.
Qui fidei ſtabile eſt columen, qui firmus olympi
Cardo, Chriſticolæ ſpesq;, ſalusq; gregis.
Concilij ſplendor, diuini gloria cultus,
Lux cleri, ſanctæ relligionis honor.
Dogmatis, & ſacri iuris, Numa legis amator,
Mæcænas turbæ ſplendidus aoniæ.
Integer & vitæ, ſapiens, ſanctusq; Sacerdos,
Ingenium cuius, conſiliumq; viget.

Hic laudes, titulos, meritis cumulabit honores,
Et feret ad ſummũ digna trophæa gradum.
Quem domus exoptat, quo tangat culmine cœlum,
Et celſum toto ſit decus orbe ſuum.
Dic ſummã, culmenq́; domus, dic muſa ſuperbæ,
Dic prolis tantæ dic (rogo) muſa modum.
Tunc ſolio excelſo ſtabit Cornelia proles,
Amplaq́; tunc ſummo ſtabit honore domus.
Quum pater Adriaca Princeps ſublimis in vrbe,
Filius & Domini Paſtor ouilis erit.

De Antonio Grimano Principe.

Inclyta nunc Grimana Domus, nunc ampla relucet,
Nunc nunc excelſo ſtirps generoſa gradu.
En ſolio Princeps alto Grimanus, & expes,
Adriacis reddit iura verenda ſuis.
En Cornu illuſtris, ſummo ſublimis honore,
En Dux in Veneta gente colendus adit.
Quem ſors cæca virum toties depreßit inique,
Inſontem, & liuor miſit in exilium.
Quòd Turcarum acies ferrata claße nequiuit
Pellere, & audaci perdere Marte truces.

Omnia conatus vir prudens, nilq; reliquit,
Sed ſorte aduerſa grande peregit opus.
Alea fortunę incerta eſt, Mars ſemper & anceps,
Mars belli & vinci, & vincere ſæpe ſolet.
Parua ſæpe manu vidi dare terga fugaces,
Innumeros, paucis agmina victa viris.
Num Cleopatra fugax, vnaq; Antonius ille?
Cũ merſit pharias romula turba rates?
Aſdrubal, & frater, toties qui vicit, vterq;
Deuictus, Xerxes fractus & ipſe fuit.
Sed non Grimanus prudens deuictus in alto
Aequore, nec quicquam paſſus ab hoſte mali.
Certamen vetuit, tantum nec inire periclum
Auſus, diſcordes noſſet vt ipſe ſuos.
Quid faceret? cum corda ducũ diſcordia neſſet?
Num præſens fatum ſolus iniret atrox?
Prudens, non trepidus vir, nec temerarius, inde
Seceſſit, naues traxit & inde ſuas;
Nam ſi progreſſus, forſan vexilla Leonis,
Necnon & claſſis perdita tota foret.
Et ſi congreſſus ſæuo proſtratus ab hoſte,
Infœlix ſtygijs perditus eſſet aquis.

Nec nunc in ſolio Princeps conſiſteret aureo,
Nec daret Adriacis iura verenda ſuis.
Quàm bene ſeruarunt Parcæ pia fila trahentes,
Quàm bene Grimano ſceptra dedere ſeni.
Seruarunt (mihi crede) Ducem, qui bella mouebit,
Qui feret in Turcã Dux pius arma ferum.
Nunc acres pugnas, fera nunc Grimanus inibit
Prœlia, defendit Marte feroce fidem.
Non plebs, non populus tali ſub Principe diſcors,
Non varius, fallax miles, vt ante fuit.
Vnanimes cuncti Patres, totusq; Senatus,
Et plebs pro Chriſto tota parata pio.
Dummodo Chriſticolæ Reges pro parte ſubirent,
Subſidium, necnon debita iura darent.
Aere potens Marcus, quid tum? quid deniq; ſolus?
(Crede mihi) ad Turcam nil Leo pręualidum.
Adriaci terrá fortes, pelagóq; potentes,
Nauibus hinc multum, mœnibus inde valent.
Non tamen aggreſſi Turcã peſſundare magnum,
Soli cum nequeant vincere Marte trucem,
Inuictum quiſnam talem, tantumq; Draconem?
Quiſnam militibus ſuppeditare ſuis?

Nemo poteſt ſolus bello domitare ferocem
Turcam, quo toto fortius orbe nihil.
Sed Leo, ſed Paſtor, Iouis ales, Gallus & acer,
Conuincent ſæuam Marte, prementq́; feram.
Quatuor vnanimes ſyncero fœdere perdent
Turcam, Maumetem, perfidiamq́; trucem.
Dij (precor) aſpirent, faueant pia Numina votis,
Chriſticolum, Chriſti ſola ſit orbe fides.

AD CLARISSIMVM D. FRANciſcum Maurocenum, de Domus Maurocenæ laudibus.

Maurocena Domus magnis ornata triumphis,
Stemmatibus, titulis nobilitata ſuis.
Maurocæna Domus Ducibus decorata ſerenis,
Sublimis ſolio ſplenduit Adriaco.
Maurocena domus proprio cum ſanguine dulci,
Pro patria geſtis prompta, parata pijs.
Maurocena domus totum vulgata per orbem,
Magnificis, grauibus cognita vbiq; viris.
Marmoreis baſibus, parijs ſuffulta columnis,
Antiqua illuſtris, clara, ſuperba domus.

Ampla Domus, ſpecioſa, nitens, ſpectabilis vrbe
Adriaca, Venetis ſplendida fulget aquis.
Multiplici, varioq́; loco, terraq́;, mariq́;
Conſpicitur, cunctis en domus ampla vijs.
Non eſt hæc noſtrrs cantari digna camænis,
Impare, nec tenui carmine digna domus.
Sed foret eximio vati cantanda Maroni,
Mæonijs necnon percelebranda modis.
Attamen accingam, nitar pro viribus, altam
Materiem ſumptam dicere carminibus.
Impar, difficilis quanq̃ prouincia, quamuis
Ardua, ſtéma tamen, geſta trophæa canam.
Cantabo Franciſce tuas, fratrumq́; tuorum
Laudes, proſapię qualia, quanta tuæ.
Nunc Grinææ tuum mihi nunc concede fauorem,
Affer opem, præſta nunc (precor) auxilium.
Calliope mihi voce tua ſuccurre canenti,
Aſpira vocis muſa benigna meis.
INclyta gens, celebris proles, generoſa propago,
Stirps, genus humanum, mite, ſalubre, pium.
Alma Domus, regimen miſeris, preſſisq́; leuamen,
Lenimen viduis, virginibusq́; decus.

Pupillis columen, orbis tutamen, & ægris
Solamen, nautis portus, & aura vagis.
Alma domus certe, clemens, pia, dapſilis, hoſpes,
Alma domus nulli denegat hoſpitium.
Hoſpitibus fauet alma domus. Succurrit egenis,
Notis, ignotis dat Domus auxilium.
Dat veniam profugis, proſcriptis alma ſalutem,
Alma reis vitam dat miſerata piam.
Continuum domus alma ſuis lenimen amicis,
Iugeq; præſidium, iugeq; ſubſidium.
Hæc conſanguineis confert quodcunq; ſalubre.
Hęc quodcunq; decus ſuggerit omne ſuis.
Omnibus alma domus ſtatio fidiſſima, portus,
Confugium laſſis (cerne) quiesq; viris.
Hæc de tot, tantis, cũ multo plura ſuperſint,
Collegi imparibus qualiacunq; modis.
Multiplices, varias, Vates nunc proſequar audax
Singula quæq; domus, gaudia quæq; tuæ.
De te prima mihi ſumpta eſt prouincia, ſumpta
Materies numeris prima canenda meis.
Quid cantem, dubito primum Franciſce, tot adſunt,
Totq; mouent, variant me tua geſta rudem.

Da veniam mihi, parce(precor) ſi noſtra Camæna
De meritis fuerit parca maligna tuis.
Vir grauis es, prudens, ſolers, facundus in omni
Dogmate, multiplici mirus in eloquio.
Vir lenis, conſtans vt res Franriſce, benignus,
Iucundus, placidus, comis, vbiq; pius.
Syncerus, nitidus, ſimplex, affabilis omni,
Moriger, humanus, officioſus homo.
Doctrinæ, ingenij, moris, virtutis, honeſti,
Iuſtitiæ, pacis, relligionis amans.
Alter Ariſtides, alter Cato, Mutius alter,
Scipio pro patria, Relligione Numa.
Alter Mæcænas, alter tu Pollio doctis,
Alter iudicio Cęſar in orbe meo.
Nam te quiſquis adit, voti ſit compos, amicus,
Contentus, fœlix, atq; beatus abit.
Te triſtis lętus, lugens lenitur, & æger
Sanus abit, viuus, qui modo functus erat.
Te ſeruus liber, te vinctus fune ſolutus,
Te ſons, teq; reus morte redemptus abit
Te profugi reduces, Proſcripti (cerne) reuerſi
In patriam dulcem te reuocante ſuam.

Teq; miſer, fœlix, hoſpes, ſuſceptus, egenus
Diues, pauper, inops, en opulentus abit.
Viue dies Franciſce tuos, tua tempora viue,
Te ſolium cornu, te decet imperium.
Vaticinor, Princeps (vati mihi crede) futurus
Tu ſolio tandem ſtabis in Adriaco.
Ne dubita (mihi crede tuo, mihi crede) fideli
Vati, prædico te fore (crede) Ducem.
Quã bene, te ſolium, Cornu, Diadema decebit,
Conuenietq; tuis Infula temporibus.
Aurea tunc ætas Venetis, fœlicia regna,
Saturni populo ſæcla beata tuo.
Tunc pax, tũc requies, probitas, decus omne vigebit.
Tunc virtus, pietas, gratia, verus amor.
Tunc erit vbertas, cunctarum copia rerum,
Te Duce nulla ſitis, te Duce nulla fames.
Dij bona tanta velint, noſtris ſuccedere votis,
Dijq; velint vatis ſint rata cuncta tui.
Nunc Iacobus adeſt frater laudandus vbiq;,
Frater adeſt, ſequitur, nunc Iacobus init
Vir Celeber, clarus, toto cantatus in orbe.
Magnificus, factis notus vbiq; ſuis.

Vir

Vir ſagax, ſolers, terra pelagoq́; vagatus.
Quanq; domi, peregre notior hoſpes erat.
Conſpexit mores diuerſæ gentis, & vrbes,
Oppida, multiplices nocte, dieq́; locos.
Sed demũ Trani verſans, Traniq́; moratus,
Impleuit rapidum tempus hic omne ſuum.
Quàm procul à patria morbo confectus atroci,
Quàm cito lætali febre peremptus abijt
Heu dolor immenſus proli, luctusq́; relictæ,
Heu iactura grauis mors Iacobe tua.
Tu decus eximium, ſplendor, tu gloria viuus,
Tu columen, ſobolis grata columna tuæ.
Nunc miſerande iaces Trani, Traniq́; iacebis,
Dum tuba terribilis Mortue ſurge canet.
Vrbs, quæ te viuum, te nunc Iacobe ſepultum
Continet, extinctum grata, benigna colit.
Tertius Hermoleos inſtat, qui præditus omni
Virtute, ingenio, robore, conſilio.
Vir grauis, & prudens, vir fortis, ſtrenuus, acer,
Præualidus terra, præualidusq́; mari.
Magnificus, celeber, clarus, generoſus, & exors.
Mirificus geſtis ſemper vbiq; ſuis.

Hermoleos qualis, quantus vir, Brixia noſti,
Cum tali, ac tanto Brixia recta viro.
Qualia, quanta tibi prætor dedit optimus, extant,
Apparent cunctis omnia nota viris.
Brixia te facilem fecit, te fecit amicam,
Clementem, mitem, Brixia, teq; piam.
Concordem, vnanimem, te firmam, teq; ſeueram,
Pacatam, placidam reddidit Hermoleos
Fauſta quidem tali, ac tanto Prætore fuiſti.
Hermoleos fœlix cum tibi prœtor erat.
Brixia dum tecum, fœlix, tecumq; beatus
Hermoleos, ſoſpes, lætus & inde venit.
Infœlix vero Venetam cum vectus ad vrbem,
Infœlix nolens iuſſus abire breui.
Præſcia mens (mihi crede) viri nolentis abire,
Præſcia venturi mens ſibi (crede) mali.
Quem nouit Corcyra grauem, Corcyra ſeuerum,
Magnificum, vigilē, magnanimumq; virum
Nolentem Corcyra cupit, Corcyra negantem
Poſtulat, inuitum, vultq; proterua ſuum.
Cogitur inuitus, nolens a Principe, tendit
Corcyram, ſubito febre laborat iens.

Corcyram properans ſtatim peruenit, ibiq;
 Aegrotat, moritur, proh dolor, ah Lacheſis.
Ah Clotho, fera parca nimis, nimis Atropos, huius
 Cur nam rupiſtis tam cito fila viri?
Cruddes nimium parcę, prauæq; ſorores,
 Cum Dominis toties neſtis acerba meis.
Heu fatum indignum, fatū miſerabile, quando
 Florentem, ualidum mors rapit atra virum.
Hermoleon Corcyra tenet, ſeruatq; ſepulchro,
 Cuius ſemper erunt oſſa colenda viri.
Det requiem, pacemq; animæ det Iuppiter almus,
 Saltem Corcyræ moliter oſſa cubent.
Viuit adhuc, viuetq; diu per pignora, prolem
 Egregiam, meritis ſemper in orbe ſuis.
Semper honos, nomenq; ſuum, ſua fama ſuperſtes,
 Semper erit viuax, mortuus ipſe licet.
Infœlix alius ſequitur, lachrymabilis heu heu,
 Quàm graue ſupplicium, q̄ fera fata tulit.
Infœlix, fœlixq; ſimul, miſerndus ab omni,
 Laudandus, necnon percelebrandus erit.
Cum pelago claſſis Turcarum maxima, claſſis
 Pontificis, Regis, noſtraq; iuncta foret.

Diuitis ampla quidem parta eſt opulentia cornu,
Vnde tibi nomen creditur eſſe datum.
Vndiq; diuitiæ terra, pelagoq́; feruntur,
Vndiq; multarum creſcit aceruus opum.
Aurea quod paſſim, quod vaſa argentea fulgent?
Gemmarum quanto pondere onuſta domus?
Copia quanta domi? quanta opulentia? quantum
Stemma? tuæ quantus nobilitatis honos?
Iam titulos, laudes, iam cultus, geſta, triumphos,
Et dignum cœlo iam meditare decus.
Tu bene de patria meritus diſcrimina mille,
Milleq́; fallaci paſſus ab hoſte dolos.
Marte fero noſti populos frenare ſuperbos,
Altaq́; ſub forti colla tenere iugo.
Aſpera Teutonici ſedaſti bella tumultus;
Quum data ſunt iuſto millia Marte neci.
Tunc tibi pręclaro victoria parta triumpho,
Tunc tibi victrici fixa trophęa manu.
Tunc tua percelebris totum vulgata per orbem
Virtus, ingenium, conſiliumq́; tuum.
Tunc bene nota fides, pietas, ſolertia cunctis
Patribus, & Venetis congrua geſta tuis.

Quum tot, tanta tuo ductu confecta ſecundo,
Inuidia ex orta eſt exitiale malum.
Qũum fera Gallorum fracto iam fœdere regis,
Agmina crudeli bella parata manu.
Quum percuſſa forent ſocialia fœdera regum,
Impia quæ in Venetos arma tulere pios.
Haud mora, iã Princeps, Patres cõſulta frequẽtãt,
Decernunt hoſtes ſine mouere feros.
Innumeræ coeunt acies, noua caſtra parantur,
Duxq́; Ducum ſolers agmina iuncta tenet.
Prouiſor Grittus ſapiens, Prouiſor & ipſe,
Et bene conſilijs omnia recta tuis.
Sed Ductor quidam præceps, temerarius, audax,
Victricem pugnæ rupit atroxq́; moram.
Qui ruit infœlix medios capiendus in hoſtes,
Perdidit ac auſis tanta trophæa ſuis.
Non aderas, ſed tunc Cornelì Brixia diues
Conſilium, regimen grande morata tuum.
Tunc vero tantæ tua ſi præſentia cladi,
Non ſic imperio pugna peracta tuo.
Sed bene certaſſes contando prœlia ſolers,
Perq́; grauem facilis palma parata moram.

Gloria quanta tuis meritis, quantuſq; triumphus?
Hoſtis ſi nullo Marte fugatus atrox?
Qualia tunc Venetis donaſſes mœnia? & vrbes?
Quæ ſpolia excelſo victor opima Ioui?
Quàm bene Corneli fœlix, quàm prole beatus,
Cui nati tanto nunc in honore vigent.
En tibi jam magno par eſt Franciſcus honore,
Qui columen generis, qui iubar atq; tui.
Magnificus, qui dulce ſuis ſclamen amicis,
Inter & æquales dulce ſodalitium.
Splendidus, excellens, hilaris, facundius, in omni
Dogmate, Phœbei præſidiumq; chori.
Tempora Cardineo redimitus ſacra galero
Marcus, qui generis gloria celſa tui.
Qui fidei ſtabile eſt columen, qui firmus olympi
Cardo, Chriſticolæ ſpeſq;, ſaluſq; gregis.
Concilij ſplendor, diuini gloria cultus,
Lux cleri, ſanctæ relligionis honor.
Dogmatis, & ſacri iuris, Numa legis amator,
Mœcænas turbæ ſplendidus aoniæ.
Integer & vitæ, ſapiens, ſanctuſq; Sacerdos,
Ingenium cuius, conſiliumq; viget.

Hic laudes, titulos, meritis cumulabit honores,
Et feret ad ſummũ digna trophæa gradum.
Quem domus exoptat, quo tangat culmine cœlum,
Et celſum toto ſit decus orbe ſuum.
Dic ſummã, culmenq́; domus, dic muſa ſuperbæ,
Dic prolis tantæ dic (rogo) mũſa modum.
Tunc ſolio excelſo ſtabit Cornelia proles,
Amplaq́; tunc ſummo ſtabit honore domus.
Quum pater Adriaca Princeps ſublimis in vrbe,
Filius & Domini Paſtor ouilis erit.

De Antonio Grimano Principe.

Inclyta nunc Grimana Domus, nunc ampla relucet,
Nunc nunc excelſo ſtirps generoſa gradu.
En ſolio Princeps alto Grimanus, & expes,
Adriacis reddit iura verenda ſuis.
En Cornu illuſtris, ſummo ſublimis honore,
En Dux in Veneta gente colendus adit.
Quem ſors cæca virum toties depreſſit inique,
Inſontem, & liuor miſit in exilium.
Quòd Turcarum acies ferrata claſſe nequiuit
Pellere, & audaci perdere Marte truces.

Omnia conatus vir prudens, nilq; reliquit,
Sed ſorte aduerſa grande peregit opus.
Alea fortunę incerta eſt, Mars ſemper & anceps,
Mars belli & vinci, & vincere ſæpe ſolet.
Parua ſæpe manu vidi dare terga fugaces,
Innumeros, paucis agmina victa viris.
Num Cleopatra fugax, vnaq; Antonius ille?
Cũ merſit pharias romula turba rates?
Aſdrubal, & frater, toties qui vicit, vterq;
Deuictus, Xerxes fractus & ipſe fuit.
Sed non Grimanus prudens deuictus in alto
Aequore, nec quicquam paßus ab hoſte mali.
Certamen vetuit, tantum nec inire periclum
Auſus, diſcordes noßet vt ipſe ſuos.
Quid faceret? cum corda ducũ diſcordia neßet?
Num præſens fatum ſolus iniret atrox?
Prudens, non trepidus vir, nec temerarius, inde
Seceßit, naues traxit & inde ſuas,
Nam ſi progreßus, forſan vexilla Leonis,
Necnon & claßis perdita tota foret.
Et ſi congreßus ſæuo proſtratus ab hoſte,
Infœlix ſtygÿs perditus eßet aquis.

Nec nunc in ſolio Princeps conſiſteret aureo,
Nec daret Adriacis iura verenda ſuis.
Quàm bene ſeruarunt Parcæ pia fila trahentes,
Quàm bene Grimano ſceptra dedere ſeni.
Seruarunt (mihi crede) Ducem, qui bella mouebit,
Qui feret in Turcã Dux pius arma ferum.
Nunc acres pugnas, fera nunc Grimanus inibit
Prœlia, defendit Marte feroce fidem.
Non plebs, non populus tali ſub Principe diſcors,
Non varius, fallax miles, vt ante fuit.
Vnanimes cuncti Patres, totusq; Senatus,
Et plebs pro Chriſto tota parata pio.
Dummodo Chriſticolæ Reges pro parte ſubirent,
Sabſidium, necnon debita iura darent.
Aere potens Marcus, quid tum? quid deniq; ſolus?
(Crede mihi) ad Turcam nil Leo pręualidum.
Adriaci terrã fortes, pelagoq; potentes,
Nauibus hinc multum, mœnibus inde valent.
Non tamen aggreßi Turcã peßundare magnum,
Soli cum nequeant vincere Marte trucem,
Inuictum quiſnam talem, tantumq; Draconem?
Quiſnam militibus ſuppeditare ſuis?

Nemo poteſt ſolus bello domitare ferocem
Turcam, quo toto fortius orbe nihil.
Sed Leo, ſed Paſtor, Iouis ales, Gallus & acer,
Conuincent ſæuam Marte, prementq; feram.
Quatuor vnanimes ſyncero fœdere perdent
Turcam, Maumetem, perfidiamq; trucem.
Dij (precor) aſpirent, faueant pia Numina votis,
Chriſticolum, Chriſti ſola ſit orbe fides.

AD CLARISSIMVM D. FRANciſcum Maurocenum, de Domus Maurocenæ laudibus.

Maurocena Domus magnis ornata triumphis,
Stemmatibus, titulis nobilitata ſuis.
Maurocæna Domus Ducibus decorata ſerenis,
Sublimis ſolio ſplenduit Adriaco.
Maurocena domus proprio cum ſanguine dulci,
Pro patria geſtis prompta, parata pijs.
Maurocena domus totum vulgata per orbem,
Magnificis, grauibus cognita vbiq; viris.
Marmoreis baſibus, parijs ſuffulta columnis,
Antiqua illuſtris, clara, ſuperba domus.

Ampla Domus, ſpecioſa, nitens, ſpectabilis vrbe
Adriaca, Venetis ſplendida fulget aquis.
Multiplici, varioq; loco, terraq;, mariq;
Conſpicitur, cunctis en domus ampla vijs.
Non eſt hæc noſtrrs cantari digna camænis,
Impare, nec tenui carmine digna domus.
Sed foret eximio vati cantanda Maroni,
Mæonijs necnon percelebranda modis.
Attamen accingam, nitar pro viribus, altam
Materiem ſumptam dicere carminibus.
Impar, difficilis quanq; prouincia, quamuis
Ardua, ſtéma tamen, geſta trophæa canam.
Cantabo Franciſce tuas, fratrumq; tuorum
Laudes, proſapię qualia, quanta tuæ.
Nunc Grinæe tuum mihi nunc concede fauorem,
Affer opem, præſta nunc (precor) auxilium.
Calliope mihi voce tua ſuccurre canenti,
Aſpira vocis muſa benigna meis.
INclyta gens, celebris proles, generoſa propago,
Stirps, genus humanum, mite, ſalubre, pium.
Alma Domus, regimen miſeris, preſſisq; leuamen,
Lenimen viduis, virginibusq; decus.

Pupillis columen, orbis tutamen, & ægris
Solamen, nautis portus, & aura vagis.
Alma domus certe, clemens, pia, dapſilis, hoſpes,
Alma domus nulli denegat hoſpitium.
Hoſpitibus fauet alma domus. Succurrit egenis,
Notis, ignotis dat Domus auxilium.
Dat veniam profugis, proſcriptis alma ſalutem,
Alma reis vitam dat miſerata piani.
Continuum domus alma ſuis lenimen amicis,
Iugeq; præſidium, iugeq; ſubſidium.
Hæc conſanguineis confert quodcunq; ſalubre.
Hæc quodcunq; decus ſuggerit omne ſuis.
Omnibus alma domus ſtatio fidiſſima, portus,
Confugium laſsis (cerne) quieſq; viris.
Hæc de tot, tantis, cũ multo plura ſuperſint,
Collegi imparibus qualiacunq; modis.
Multiplices, varias, vates nunc proſequar audax,
Singula quæq; domus, gaudia quæq; tuæ.
De te prima mihi ſumpta eſt prouincia, ſumpta
Materies numeris prima canenda meis.
Quid cantem, dubito primum Franciſce, tot adſunt
Totq; mouent, variant me tua geſta rudem.

Da veniam mihi; parce (precor) ſi noſtra Camæna
De meritis fuerit parca maligna tuis.
Vir grauis es, prudens, ſolers, facundus in omni
Dogmate, multiplici mirus in eloquio.
Vir lenis, conſtans vt res Franriſce, benignus,
Iucundus, placidus, comis, vbiq; pius.
Syncerus, nitidus, ſimplex, affabilis omni,
Moriger, humanus, officioſus homo.
Doctrinæ, ingenij, moris, virtutis, honeſti,
Iuſtitiæ, pacis, relligionis amans.
Alter Ariſtides, alter Cato, Mutius alter,
Scipio pro patria, Relligione Numa.
Alter Mæcænas, alter tu Pollio doctis,
Alter iudicio Cęſar in orbe meo.
Nam te quiſquis adit, voti fit compos, amicus,
Contentus, fœlix, atq; beatus abit.
Te triſtis lętus, lugens lenitur, & æger
Sanus abit, viuus, qui modo functus erat.
Te ſeruus liber, te vinctus fune ſolutus,
Te ſons, teq; reus morte redemptus abit
Te profugi reduces, Proſcripti (cerne) reuerſi
In patriam dulcem te reuocante ſuam.

Teq; miſer, fœlix, hoſpes, ſuſceptus, egenus
Diues, pauper, inops, en opulentus abit.
Viue dies Franciſce tuos, tua tempora viue,
Te ſolium cornu, te decet imperium.
Vaticinor, Princeps (vati mihi crede) futurus
Tu ſolio tandem ſtabis in Adriaco.
Ne dubita (mihi crede tuo, mihi crede) fideli
Vati, prædico te fore (crede) Ducem.
Quã bene te ſolium, Cornu, Diadema decebit,
Conuenietq; tuis Infula temporibus.
Aurea tunc ætas Venetis, fœlicia regna,
Saturni populo ſæcla beata tuo.
Tunc pax, tũc requies, probitas, decus omne vigebit.
Tunc virtus, pietas, gratia, verus amor.
Tunc erit vbertas, cunctarum copia rerum,
Te Duce nulla ſitis, te Duce nulla fames.
Dij bona tanta velint, noſtris ſuccedere votis,
Dijq; velint vatis ſint rata cuncta tui.
Nunc Iacobus adeſt frater laudandus vbiq;,
Frater adeſt, ſequitur, nunc Iacobus init
Vir celeber, clarus, toto cantatus in orbe.
Magnificus, factis notus vbiq; ſuis.

Vir

Vir ſagax, ſolers, terra pelagoq́; vagatus.
Quanq́; domi, peregre notior hoſpes erat.
Conſpexit mores diuerſæ gentis, & vrbes,
Oppida, multiplices nocte, dieq́; locos.
Sed demũ Trani verſans, Traniq́; moratus,
Impleuit rapidum tempus hic omne ſuum.
Quàm procul à patria morbo confectus atroci,
Quàm cito lætali febre peremptus abijt
Heu dolor immenſus proli, luctuſq́; relictæ,
Heu iactura grauis mors Iacobe tua.
Tu decus eximium, ſplendor, tu gloria viuus,
Tu columen, ſobolis grata columna tuæ.
Nunc miſerande iaces Trani, Traniq́; iacebis,
Dum tuba terribilis Mortue ſurge canet.
Vrbs, quæ te viuum, te nunc Iacobe ſepultum
Continet, extinctum grata, benigna colit.
Tertius Hermoleos inſtat, qui præditus omni
Virtute, ingenio, robore, conſilio.
Vir grauis, & prudens, vir fortis, ſtrenuus, acer,
Prçualidus terra, prçualidusq́; mari.
Magnificus, celeber, clarus, generoſus, & exors.
Mirificus geſtis ſemper vbiq́; ſuis.

Hermoleos qualis, quantus vir, Brixia noſti,
Cum tali, ac tanto Brixia recta viro.
Qualia, quanta tibi prætor dedit optimus, extant,
Apparent cunctis omnia nota viris.
Brixia te facilem fecit, te fecit amicam,
Clementem, mitem, Brixia, teq; piam.
Concordem, vnanimem, te firmam, teq; ſeueram,
Pacatam, placidam reddidit Hermoleos
Fauſta quidem tali, ac tanto Prætore fuiſti.
Hermoleos fœlix cum tibi prætor erat.
Brixia dum tecum, fœlix, tecumq; beatus
Hermoleos, ſoſpes, lætus & inde venit.
Infœlix vero Venetam cum vectus ad vrbem,
Infœlix nolens iuſſus abire breui.
Præſcia mens (mihi crede) viri nolentis abire,
Præſcia venturi mens ſibi (crede) mali.
Quem nouit Corcyra grauem, Corcyra ſeuerum,
Magnificum, vigilē, magnanimumq; virum
Nolentem Corcyra cupit, Corcyra negantem
Poſtulat, inuitum, vultq; proterua ſuum.
Cogitur inuitus, nolens a Principe, tendit
Corcyram, ſubito febre laborat iens.

Corcyram properans ſtatim peruenit, ibiq;
Aegrotat, moritur, proh dolor, ah Lacheſis.
Ah Clotho, fera parca nimis, nimis Atropos, huius
Cur nam rupiſtis tam cito fila viri?
Cruddes nimium parcę, prauæq; ſorores,
Cum Dominis toties neſtis acerba meis.
Heu fatum indignum, fatũ miſerabile, quando
Florentem, ualidum mors rapit atra virum.
Hermoleon Corcyra tenet, ſeruatq; ſepulchro,
Cuius ſemper erunt oſſa colenda viri.
Det requiem, pacemq; animæ det Iuppiter almus,
Saltem Corcyræ moliter oſſa cubent.
Viuit adhuc, viuetq; diu per pignora, prolem
Egregiam, meritis ſemper in orbe ſuis.
Semper honos, nomenq; ſuum, ſua fama ſuperſtes,
Semper erit viuax, mortuus ipſe licet.
Infœlix alius ſequitur, lachrymabilis heu heu,
Quàm graue ſupplicium, q̃; fera fata tulit.
Infœlix, fœlixq; ſimul, miſerndus ab omni,
Laudandus, necnon percelebrandus erit.
Cum pelago claſſis Turcarum maxima, claſſis
Pontificis, Regis, noſtraq; iuncta foret.

Strenuus hic bello nauali, ſtrenuus inquam,
Ductor pro Chriſti religione pij.
Auſus hic in Turcas cõmittere prœlia ſæuos,
Auſus hic innumeros Ductor inire viros.
Hunc ferit, huncq; necat, multos proſternit Apellas,
Conterit infidos nocte, dieq; Canes.
At pugil innumeris ratibus circundatus acer,
Obruitur Turcis hinc miſer, inde feris.
Compreſſus tandem medio certamine, victus
Succubuit, foſſus, cæſus ab hoſte truci.
Quæ non Turca prius fecit promiſſa fideli?
Munera quę nam? quot? qualia? quanta viro?
Si Turcã eſſe velit, ſi Chriſtum deneget almum,
Siue crucem calcet, ſpernat Apella fidem.
Hic athleta fuit Chriſti fortiſſimus, hicq;
Martir pro vera religione, fide.
Martirij det ſerta ſui, det pręmia cœlo
Omnipotens, mundo detq; perenne decus.
Quatuor hinc ſubeunt dulces, cariq; nepotes,
Indicium generis, ſpes, rata, firma tui.
Mirifici (mihi crede) viri (mihi crede) futuri,
Si Dij, ſi longum viuere fata dabunt.

Indolis, ingenij ſignum, ſpem cerne, ſerenam
Frontem, oculos ſpecta, verbula, geſta vide.
Quorum qui primus, ſolers Antonius, acer,
Strenuus, in factis peruigil ecce ſuis.
Hic terra, pelagoq́; ferox Antonius, hicq́;
Intrepidus, promptus vir foris, atq; domi.
Vtilis imperio Thomas, virtute peritus,
Excellens, exors, vir generoſus erit.
Integer, eximius Thomas celeberrimus omni
Officio, comis, officioſus homo.
Tertius illuſtris, præſtans vir, preditus aſtu,
Ingenio, ſophia, nobilitate, fide.
Quartus erit nitidus, ſimplex, ſyncerus ab omni
Labe, boni, pacis, relligionis amans.
Nemo patris, patruiq; ſui (mihi crede) futurus
Diſsimilis, nemo deneger ortus erit.
Inclyti erunt omnes, placidi Franciſce, benigni
Omnes officijs nocte, dieq; pijs.
Dij iubeant, aliquis venienti tempore fiat
Princeps, aut pelago Dux generalis eat.
Dent tibi nunc ſuperi, tibi nunc Franciſce merēti
Omne bonum, meritis quodq; ſalubre tuis.

Dent tibi fœlici fœlicia ſęcla Sibyllæ,
Aetates, Pylij tempora longa ſenis.
Dent tibi longæuo tandem cœleſtia regna,
Dent requie æterna, pace, ſalute frui.

DE LAVDIBVS DEDAE
Domus ad Aloyſium.

DEDA *Domus celebris, quę nūc mihi gratior omnĩ*
Sede, viget proauis nobilitata ſuis.
Inclyta ſtirps, generoſa, potens, ac ampla propago,
Quæ mihi diſparibus percelebranda modis.
Illuſtres proauos Deda de gente priores
Conticeo, palmas, ſerta, trophæa domus.
Deſero, quos meruit titulos Antonius ille,
Qui Veneta dempto primus in vrbe Duce.
Deſero, quam plures iſta de ſtirpe, domoq́;,
Quos omnes longum, ſi memorare velim.
Sat mihi, ſi memoro, Dedę qui gloria gentis,
Franciſcum, Venetæ qui decus vrbis erat.
Adriaco melior quis te Franciſce Senatu?
In quo conſilij gloria magna tui.

Nam ſapiens, ſolers ſemper tibi Dede *ſalubre,*
Quo ſine nil Princeps, nilq; Senatus erat.
Non ſine te quicquam tractabat curia, prudens
Omnibus in factis Dede *paratus eras.*
Humani Iuris, *diuinæ legis amator,*
Vnde dabas patribus iusq;, piumq; tuis.
Spes iuuenum, regimenq; ſenum, tutela virorum,
Exemplar, ſpeculum regula, norma Ducum,
Quid non Dede *grauis? quid non virtute potitus?*
Quid non? cum ſolus pœnè Senatus eras.
Omnia conſilio ſolers, ratione regebas,
Iuſtitia, ductu, relligione, fide.
Eloquio ſapiens, patriæ moderator alumnæ,
Vox tua nam patribus, grata, benigna pijs.
Orator facundus eras, ſeruator & æqui,
Et ſemper linguæ concio vera tuæ.
Non mihi cuncta loqui fas eſt tua Dede *peracta,*
Quis Vates *elegis tot tua geſta canat?*
Percelebris tua fama viget vulgata per orbem,
Cuius ſemper erunt oſſa colenda tuis.
Parce (precor) nimiũ de te ſi carmine parcus,
Nam meritis impar noſtra camœna tuis.

Frater adeſt virtute potens, qui ſtrenuus armis;
Frater viuenti qui tibi dulcis erat.
Hic nam pro patria natis cum quattuor hoſtes
Vrget, perſequitur, ſemper vbiq; ferox.
Non opus eſt monſtrē, quātū generoſus, & amplus,
Quantum magnificus, quamq; animoſus eques.
Quantum pro patria pugnax, benefidus amator,
Non eget iudicio, quę patefacta fides.
Non eſt in Venetis alter tam ſtrenuus, acer,
Quis pater, & nati bis duo bella gerunt?
Quàm tutus, fortisq; Leo cum prœlia miſcet,
Si tales ſecum corde, fideq; duces.
Hi nam pugnarent Romano more fideles,
Pro ſe, pro patria, pro ditione viri.
Non hi terga darent, fugerent vt ſępe rebelles,
Sed vellent pro re, proq; ſalute mori.
Vnde erat Imperium Romanis? vnde Triumphus?
Non hinc militibus prœlia facta ſuis?
Vnanimes cuncti pro libertate ruebant,
Pro lare, pro templis, omnis ad arma ferox.
Si nunc Adriaca, ceu tunc Romana iuuentus,
Quàm bene principibus proſpera Marce tuis?

Non puer Adriacus totis marceſceret oris,
Nec tereret iuuenes dira libido tuos.
Heu nimium mollis, nimium laſciua iuuentus,
Perdita delicijs fœmina, virq́; ſuis.
Nunc age, nunc patrone tuas in carmine laudes
Canto, qui Dominus, ſpes mea, corq́; meum.
Qui pia nunc generoſe tui veſtigia patris
Ante oculos tuto pro Duce rite tenes.
Quam ſequeris modo perge viã (rogo) perge Loyſi,
Nam via, quam pergis ducit ad aſtra viros.
Quàm bene ſi perges, ſpeculũ, ſcopus inclyte natis,
Semper eris natis optima norma tuis.
Eſt tibi nam proles natorum quattuor, omnis
Inſignis facie, pulchrior ingenio.
Quàm modo Dede doces, laudo, deſiſtere noli,
Nam virtute graui digna propago tua.
Ex cunctis melior, retinet qui nomen auitum,
Nec mirum, bonitas illa remanſit aui.
Inde Iacobus amans virtutis rite ſecundus,
Qui ſimplex nulla labe notandus adeſt.
Tertius ille Domus Dede Vincentius olim
Splendor, qui vere gloria ſolus erit.

Vltimus eſt Petrus, quo non iucundior alter,
Ingenio cuius ſpes tibi magna patri.
Vnde tuis gaude Genitor, gaude inclyte natis,
Gaude, nam tali prole beatus eris.

De Laudibus Nicolai Gabrielis.

Excellens ſi quis, ſi ſolers, ſiue ſeuerus,
Integer, humanus, vir bonus, atq; pius,
Vir grauis, & fidus, prudens in rebus agendis,
Conſilijs, geſtis notus vbiq; ſuis.
Nicoleos Gabriel, Veneta celeberrimus vrbe,
Doctrina, ingenio, dexteritate, fide.
Scriba decem Capitũ, quo non ſecretior alter,
Nec melior, necnon tutior arte graui.
Officium ſyncærus agit, ſyncerus honeſtum,
Verum, fas, nulla labe notandus agit.
Non prece, nec precio varius, nec mobilis vlli,
Iuſtitiæ conſtans Norma, bilanxq; piæ.
Quem princeps, Venetiq; Patres virtute merentem
Concelebrant, tollunt ſydera ad alta virum.
Quem pleps, quẽ populus miratur, quemq; Senatus
Obſeruat, paſſimſexus vterq; colit.

Hunc ego non celebrē? non cultu proſequar omni?
Carmine diſsimili non ego Muſa canam?
Muſa faue, votisq; meis ſuccurre, mihiq;
Aſpira, cantum dirige (quæſo) meum.
Dum puer, ingenij ſpecimen, virtutis & altæ
Indicium, Magni ſpem dedit ille viri.
Nocte, die ſtudij, ſophiæ, probitatis amore
Captus, non erro, non puer vrbe vagus.
Non pila, non ludus, Veneris non ipſa voluptas,
Illecebræ, riſus, nec mala furta iuuant.
Hic Venerē, Venerisq; dolos contemnit, & artes,
Arcus, tela, faces, teq; Cupido tuas.
Accipit illuſtrem præſtanti corpore Nympham,
Inſignem facie, moribus egregiam.
Accipit Vrſululam mitem, puramq; Columbam,
Ingenio exortem, palladis arte grauem.
Accipit vnanimē, gratam, dulcemq; puellam
Accipit, inde fidem dat ſimul, inde manum.
Tunc Veneti Iuuenem doctum nutrire volentes,
De tot, de tantis hunc voluere viri.
Hunc merito ex alijs dignum elegere verendi
Patres, cui ſtudium, cui decus omne darent,

Electum Patauij ſubito Dux miſit ad vrbem.
Contulit & ſtudij cōmoda cuncta pius.
Paruit ille Duci, quamuis detentus amore,
Virtutem ſponſæ pretulit ille ſue.
Deſerit Vrſululam caram, patriq; relinquit,
Deſerit intactam, per breue tempus abit.
Deſerit inuitus ſponſam, nolenſq;, volenſq;,
Sponſus, eat dubius, reſtet an ille, diu.
Deſerit en tandem, Patauij feſtinat ad vrbem,
Incumbit ſtudio nocte, dieq; dato.
Non operam, aut oleum perdit, non conterit horas,
Peruigil hic libris incubat vſq; ſuis.
Haud mora, fit doctus, quo vir non doctior vnq̃,
Tam cito, nec melior tamq; repente redit.
Doctor adeſt Gabriel iuris, legumq; peritus,
Excellens, Venetis cultus vbiq; viris.
Dux gaudet, gaudent patres, totuſq; ſenatus,
Omnes en dextram, oſcula dantq; viri.
Vndiq; complexus Gabriel, comitatus vbiq;,
Vndiq; conſeptus, deuenerandus adeſt.
Munere multiplici, vario dotatus honore,
Incedit letus per fora, perq; vias.

Omnes aſſurgunt, proni venerantur, & altum
Suſpiciunt humiles voce rogante virum.
Hunc docuere ſenes, hunc princeps fecit alumnũ,
Hunc veneta Natum Marcus in vrbe ſuũ.
En bona dat Nato, titulos, decora alta, merenti
Præmia, quid mirum? ſi Pater ampla refert?
Tunc hilaris Gabriel celebrat ſponſalia, ducit
Sponſam, quam paulo liquerat ante ſuam.
Gaudia magna domi, vulgo quoq; gaudia fiunt,
Triſtitiæ nuſq̃ cernitur vrbe locus.
Quis choreas? cantus? quis vates prandia? cœnas?
Explicet? ac epulas? fercula? quis'ue dapes?
Quiſnam Matronas memoret? Nymphasq; decentes?
Quis pueros? iuuenes? carmine quis'ue ſenes?
Quiſnon diſcubuit tandem ſponſalibus huius?
Quis non his dapibus fœmina, virq; fuit?
Magnificus Gabriel, generoſus, & inclytus, exors,
Adriaca cunctis cognitus vrbe viris.
Hic pius eſt inopi, miſeroq; affabilis omni,
Dapſilis hoſpitibus, ſpesq;, ſalusq; viris.
Idem animum tenera Gabriel ætate ſenilem,
Hinc puer, inde ſenex, hinc grauis, inde probus.

Mos puero, iuueni virtus, Doctrina viroq;
Grata, fides, pietas, relligioq; ſeni.
Hunc fore ſcribarum primũ quis neſcius? aut quis
Anceps? quum nemo ſanctior eſſe queat?
Primatem ſcribam (Vati mihi crede) futurum,
Aptior hoc Veneta non viget vrbe viro.
Exemplum fidei Gabriel, probitatis, honeſti,
Iuſtitiæ, officij, relligionis honor.
Quid Dux, quid patres, quidnam ue ſenatus alũno?
Quid Leo, quid nato deneget ipſe ſuo?
Hoc decus, hunc titulum princeps, patresq; fideli,
Experto, exorti deniq; iure dabunt.
Nicoleo meliora ſuo, maiora merenti,
Adriaci patres qualiacunq; ferent.
Eia age Nicoleos fauſto fœlicior omni,
Gaude, cum voti compos vbiq; tui.
Exulta, geſti, tua cum fortuna ſecundet,
Cum res ad votum quæq; petita tuum.
Sors tua te celebrem, ſydus, fatumq; benignum,
Excelſum facient teq;, tuamq; domum.
Eſto fido animo, ſyncæra mente, fideli
Corde, memor tanti, gratus & uſq; boni.

ELEGIA, IN QVA MAGNVS *Capitaneus implorat humanum, & diuinum auxilium.*

Qvi *modo ſublimis, modo qui* C*apitaneus ingẽs,*
Qui V*enetis* P*rinceps pene ſecundus eram.*
Q*ui modo vir ſolers, vir fortunatus, & exors,*
V*ir ſapiens, fœlix, virq́; beatus eram.*
Q*ui circunſpectus trabea, ſpectabilis oſtro,*
C*onſpicuus, celeber, cultus, amatus eram:*
Q*ui formidatus,* V*eneta qui ſtrenuus vrbe,*
Q*ui ſummis, minimis terror vbiq; viris,*
E*n humilis, ſpretus, populoq́; exploſus ab omni,*
E*xul, egens, vinctus compede, ſtratus humi,*
E*n miſer ad nihilum crudeli ſorte redactus,*
E*n decus, en nomen perditus omne meum.*
H*eu fera ſors, inuiſa meos confudit honores,*
M*iſcuit heu geſtis fasq́;, nefasq́; meis.*
Q*uę non* P*rincipibus? quæ non molitus amicis?*
Q*uæ non* Adriacis *impia facta pijs?*
O*mnibus impoſui (fateor) cunctosq́; fefelli,*
A*rtibus, inſidijs fraudibus, atq; dolis,*

Pauper opes hinc, inde tuli, rapuiq; malignus,
Extorſi varijs cõmoda multa modis.
Diſcrucior voluens animo quæcunq; peregi,
Diſpereo, vita mors mage grata mihi.
Heu nimium infrenis, nimium temerarius, audax,
Impius, ingratus, perfidus, ater homo.
Improbus, impoſtor, fallax, crudelis, iniquus,
Inſipiens, fatuus, deniq; mentis inops.
Parcite Primates miſero mihi, parcite ſonti,
Parcite, cui nihil eſt, gens opulenta viro,
Gens pia nunc miſerere mei, miſerere precantis,
Gens pia nunc inopi, quã potes, affer opem.
Da, precor auxilium, mihi da quodcunq; petenti.
Vtile ſubſidium, mite, ſalubre, pium.
Proq; malo mihi redde bonum, pro cæde ſalutem,
Pro leto vitam redde benigna piam.
Pro ſpolio pretium, pro furtis dona repende,
Præmia pro damnis ſingula redde datis.
Hinc iter ad cælos, iter hinc ad ſydera verum,
Quod lex chriſticolis, quod Deus ipſe iubet.
Hinc via difficilis, ſalebroſus callis eunti,
Ardua virtutis, ſtricta ſalutis, adi.

Difficilem

Difficilem molire viam, nanciſcere cœlum,
Portus vbi, ſtatio, gloria, vita, ſalus.
Diſcite vos alij Dominis ſeruire fideles,
Diſcite & exemplo degere rite meo.
Vtile conſilium, ſapiens cognoſcite cuncti,
Corde, animo fixum ſemper habete meum.
Non ego vaniloquus, ſed vero verior, omnes
Credite ſolerti, credite certa viro.
Credite correcto, qui iam conuerſus ab actis
Præteritis, mondus criminibusq́; meis.
Ductores patribus prompti parete ſeueris,
Principibus pare turba miniſtra tuis.
Primates æqui veſtrum ſeruate decorum,
Iuſtitiam, cunctis fasq́;, piumq́; viris.
Chriſticolæ reges, Cæſar, coniungite fœdus,
Vnanimes Turcam vincite Marte ferum.
Pontifices ſancti veſtram defendite legem,
Et ſeruate datam, dogma perenne fidem.
Pellite de templis monſtrum crudele, malignum
Sphinga, mali cauſam totius orbe trucem.
Iam rudibus, doctisq́; uiam, monſtrate ſalubrem,
Iam lumen cæcis, iam fatuisq́; ſalem,

Iam mundate gregem lepra, turpiq; phreneſi,
Iamq; ęgris facili condite ſigna manu.
Iamq; datum conferte bonum, conferte ſalutem,
Conficite officium ſemper amore pium.
Fœlices, quicunq; malum vitare docentur,
Fœlicesq; magis, qui bona conficiunt.
Tempore pręſertim noſtro, quo peſsima quęq;
Fiunt, in præceps optima quæq; ruunt.
Nunc vitio virtus, Veneri ſapientia cædit,
Obliquo rectum (cerne) maloq; bonum.
Nunc laus eſt, ſiquis leno, vel ſiquis adulter,
Si fur, ſacrilegus, ſiq; homicida ferit.
Gloria nunc, & honor, ſcortari, viuere rapto,
Moliri contra iusq;, piumq;, nefas.
Omne malum, vitiũ, ſcelus eſt in culmine, nunquam
Deterior mundo ſexus vterq; fuit.
Cauſa mali tanti ſola eſt corruptio morum,
Ambitio, faſtus, dira libido, Venus.
Liuor edax, odium paſsim furiale, malignum
Perſtat, bacchatur, ſæuit, vbiq; furit.
Inſidiæ, fraudes, vulgo mendacia regnant,
Cunctorum fallax mens, animusq; virum.

En alios alij fallunt, falluntur & ipſi,
His ſocium, fratrem decipit ille ſuum.
Decipit vxorem vir, coniux ipſa maritum,
Fallenti necnon virus vterq; parat.
Filius imponit patri, quoq; nata parenti
Impoſtrix, natis falſus vterq; parens.
Principibus DVCTOR *falſus,* REGIQ; *rebellis*
Subditus, & patriæ proditor ære ſuæ.
Nuſq; vera fides, nuſquam ſyncæra, doloſe
Quiſquis agit, toto quiſquis in orbe Sinon.
Non ignota loquor, ſcio nam, quæ conſcius egi,
Expertus didici qualiacũq; virum.
Omnia (crede mihi) noſtris peruerſa diebus,
Omnia ſunt cunctis falſa, maligna viris.
Relligio ſyncera licet, pia, ſancta, ſalubris,
Immaculata, nitens, candida relligio.
Relligio lacerata tamen, ficulnea frondes,
Non fructus Chriſto fertilis arbor habet.
De te non auſim quicq; proferre ſacerdos,
Qui ſapiens veri, qui ſacra doctus adis.
Integer, exemplum, vitæ moderatio ſanctæ,
Regula, lux populo preuia facta rudi.

Regula, lux populo pręuia facta rudi.
Qui bene paſcis oues, qui das præcepta ſalutis,
Quiq́; doces agnos dogma ſalubre tuos.
Sed de tot rudibus, de tot clamare profanis
Auſim, qui ſancta relligione mali,
Paſcua qui tondent pecudum, qui pabula tollunt,
Diripiunt, lacerant quicquid in æde Lupi.
Omnia confundunt, deturbant omnia, uaſtant,
Corrumpunt legem turba profana piam.
Vera negant, & falſa tenent, gens peſsima Chriſto
Opponunt, Chriſti diminuuntq́; fidem.
Continue lolium, tribulos, Zizania ſpargunt
Per ſegetem Chriſti, per ſata culta pij,
Extingunt animos, mentes, mortalia corda,
Vnde ſeges ſterilis, meßis & unde parum.
Chriſte tuum miſerare gregem, miſerare ruentem,
Chriſticolam populum Chriſte tuere tuum.
Vinea, quam proprio plantaſti ſanguine, multis
Vaſta feris, ſuibus ſubruta (cerne) ruit.
Villicus, & cuſtos fugiunt, cuſtodia nuſq̃,
Nuſq̃ defenſor qui tueatur, adeſt.

Si tu non preſens miſeros de uertice cœli,
Reſpicias, actum eſt. conſule Chriſte tuis.
Te ſine Cymba labat uarijs agitata periclis,
Te ſine cimba perit naufraga uorticibus.
Chriſte tuos alto demum nos aſpice cœlo,
Aſpice, & optatam deſuper affer opem.
Affer opem, uireſq; mihi, tollerare laborem,
Exilium, erumnam, quę mihi lata, trucem.
Affer opem, ingenium, mentis ſuperare dolorem,
Quem patior meritis nocte, dieq; meis.
Affer opem, riſum, ſannam perferre malignę
Gentis, poſſe pati dedecus, opprobrium.
Affer opem, mundũ, & mundi contemnere pompas,
Delicias, laudes, & decus omne ſuum.
Affer opem, ſoli domino tibi Chriſte potenti,
Atq; tibi ſoli poſſe placere deo.
Affer opem mihi, rite meam ſeruare ſalutem,
Affer opem, tecum uiuere, ſtare, mori.
Affer opem, miſerere mei, ſuccurre ruenti,
Affer opem, ſupplex deprecor, affer opem.
Spes rata, confugium, columen, tutela ſalutis

IN TVRCAM FIDELIVM

Imploratio ad Paulum tertium Pontificem.

OMNIPOTENS alti Diuum regnator Olympi,
Quo ſine nil ſtabile eſt, nilq; volente ratum.
Omnipotens populum tandem miſerate fidelem,
Aſpira, vires, da (precor) auxilium.
Bellua multorum capitum ſæuiſſima gentem
Chriſticolam, totum vaſtat ouile tuum.
Non Leo, non Calidonis aper, non horrida Tigris,
Præcipue Catulis quum furit orba ſuis.
Non Gryps alatus, non Sphinx, quę peſſima Thebis,
Vnde tot, ac tanti fata obiere viri.
Sed Draco lernęa multo crudelior Hydra,
Non timet Alciden, non timet orbe Deum.
Heu totum mundum, totumq; affectat Olympum,
Nam Chriſtum, & Matrem deſtruit inde piam.
Paule pater quid agis? ſanctæ iam conſule Romæ,
Conſule paſtori, conſule pace gregi.
Quid ſtas? quid differs? populos defende fideles,
Tolle moram, forti contere marte feram.

Nonne tuum tandem laniatum cernis ouile?
Nonne tuas pecudes, quas fera ſæua rapit?
Innumeras pecudes taceo, quas hoſtis abactas,
De Chriſti gremio traxit Apella pio.
Prætereo, quaſcunq; Draco ſæuiſſimus olim
Perdidit, & miſeras dilaniauit oues.
Longum, ſi memorem ſolas, quas nuper abegit,
Infauſtas lacero de grege Paule tuo.
Non modo crudeli Rhodię tibi marte peremptæ?
Quæ decus eximium relligionis erant?
Non modo Panoniæ duro ſub dente Draconis?
Multiplices aliæ, quas tenet ore tuæ?
Non Corcyręas? Caſtrenſes deuorat? ecce,
Paſcitur & ſolo ſanguine Chriſticolum,
Inſidias cuicunq; parat, cuicunq; catenas
Nectit, Chriſticolis dat fera fata tuis.
Cerne aulas gregibus uacuas, Delubraq; cultu,
Thure focos, aras lampade, fana deis.
Quare age Diſcordes reges compone Sacerdos,
Chriſticolas unà denîq; coge tuos.
Feſtina paſtor populos unire fideles,

Feſtina turmas iungere marte tuas
Innumeros pedites, forteis compelle phalangas,
Confice pro Chriſto prælia iuſta tuo.
Conclama Paſtor, tua nam prouincia belli eſt,
Conclama, Turcis fac pia bella feris.
Iam profer regis paſſi vexilla tremendi,
Iam monſtra Chriſti fulgida membra pij.
Dæmones hoc ſigno fugiunt, trepidantq́; maligni,
Hoc viſo Turcę corde micante tremunt.
Exclama, quicunq; fidem, quicunq; ſalutem,
Accedant, properent, arma ferantq́; viri.
Præualidi, quicunq; pij, pia ſigna ſequantur.
Crux hæc Chriſticolis palma futura pijs.
Hac ſperate Duces palmam, ſperate triumphum,
Hac ſpolia excelſo Ditis opima Ioui,
Pro qua Diua cohors fratrum numeroſa, patrũq;
Fortis conſilio turba, potenſq́; manu.
Multiplices Monachi diuinę legis amantes,
Fortes Leuitæ, presbyteriq́; graues.
Pro qua Doctores ſtant ſacro ex ordine lecti,
Pro Chriſto, cultu, relligione, fide.

Pro qua Tarſenſis gladio cum millibus vrget,
Et ferit infidos ſtrenuus enſe viros.
Pro qua Marcus, Ioannes, Mathæus, & almus
Lucas, inuicti tempus in omne Duces.
Pro qua Duxq; ducum Petrus, cui ſumma poteſtas,
Imperium, regimen, ſceptra verenda ſeni.
Pro qua non dubitant diui fera fata ſubire,
Proq; fide, & vita, proq; ſalute mori.
Implora paſtor validæ virtutis alumnam
Heſperiam, iuuenes, vndiq; prende, viros.
Auſonij pedites ſolerti marte feroces,
Viribus, ingenijs, arte, manuq; valent.
Hinc fidei Turmæ fortes, hinc agmina Chriſti,
Hinc legio in Turcam firma, feroxq; trucem.
Hinc Domitor Turcæ veniet Romanus inermis,
Qui domitor bello totius orbis erat.
Eia age Roma tui veteris memor eſto triumphi,
Arma cape, & Chriſtum marte tuere tuum.
Victrices nunc Roma tuas, nunc collige vires,
Collige Ductores Martia Roma tuos.
Scipiadas nunc gigne duos, nunc gigne Catones,

Torquatos, Brutos pectora dura feros.
Marcellos, Scauros, Pompeios marte peritos,
Atilios, Paulos da modo Roma Duces.
Da Decios, Druſosq́; graues, paruoq́; potentes
Fabricios, Curios, Romulidasq́; pios.
Coclitibus nunc tempus eget, nunc Roma Camillis,
Cæſaribus, ſummo robore Roma tuo.
Nunc opus Auguſto, ſub quo pax alma, quiesq́;,
Iuſtitia, & pietas, mos, pudor, omne decus.
Sub quo lex, virtus, nullo concordia bello,
Sub quo terrarum totus & orbis erat.
Sub quo vera ſalus mundi cæleſtis origo
Chriſtus, noſtra fides, ſpes rata, noſter amor.
Implora paſtor volucrem Iouis arma gerentem,
Auſpicio cuius, proſpera ſemper auis.
Sub qua Germani duro certamine fortes,
Impauidi, ſtabiles marte furente viri.
Sub qua Teutonici pugnaces pectore firmo,
Neſcia gens hoſti vertere terga fero.
Sub qua miles atrox, qui quamuis corpore paruo,
Intrepidus, pugnax, fortis in arma ruit.

Nemo Pedes melior, nam promptus, ſtrenuus, acer,
Perpatiens æſtus, frigoris, atq; famis.
Hiſpanus pugil eſt terra, pelagoq́;, fidelis,
Fortis pro Chriſto miles, atroxq́; fide.
Sub qua tot gentes, populi tot marte furentes,
Tot Reges, tantum ſubiacet imperium.
Sub qua ſunt gemini, quorum fortiſſimus alter
Militiæ Princeps, alter & imperij.
Implora paſtor ſplendentia lilia magni
Regis, qui Domini firma columna pij.
Hunc poſtor propera regem placare ſuperbum,
Hinc pendet Chriſti palma futura tui.
Defenſor fidei, diuinæ legis amator
Gallus, Chriſticolum robur, honorq́; virum.
Herculeos dabit ille viros, virtute feroces,
Intrepidos equites, belligerosq́; duces.
Horribiles hinc, inde ruunt, hinc inde minantur,
Vndiq; concurſus, vndiq; terror adeſt.
Terra tremit, reſonatq́; ſolum, tonat vndiq; cœlum,
Hinc litui ſonitus, clangor & inde tubæ.
Multiplices turmæ, validæ mauorte phalanges,

Agmina frenatis gallica martis equis.
Imbelles Turcę Gallorum nomine ſolo
Terrentur, fugiunt corde tremente leues.
Implora Paſtor magnum virtute Leonem,
Qui maris, & terræ, poſsidet imperium.
Qui tutamen adeſt fidei, qui gloria cultus,
Qui decus, & ſanctæ relligionis honos.
Sub quo Chriſticolę gentes, populiq; fideles,
Sub quo iuſtorum turba ſeuera virum.
Sub quo Dux ſolers, prudens, ſanctusq; Senatus
Imperat, æquali regna bilance tenet.
Grandis opum, grandis pro Chriſto copia & auri,
Adriacis terra, prompta, mariq; viris.
En iam belligerę nauali marte paratæ
Naues, en claſsis iam numeroſa mari.
Implora Paſtor reges, quicunq; potentes,
Implora populos deniq; ad arma tuos.
Fac cito conueniant proceres, quicunq; vocati,
Fac cito ſubſidium dent tibi quisq; ſuum.
Iam pelago claſses, terra iam ſiſte phalangas,
Iam iam crudelem milite cinge feram.

Vndiq; Chriſticolæ miſcentes prelia, ſaltus
Obſideant, paſsim retia tenſa locent.
Hic, illic caſſes poſiti tellure latentes,
Inſidiæ, laquei, mortis vbiq; doli.
Per mare, per terras acies oppone Draconi,
Qui laniat gentes, qui vorat vſq; tuas.
Theſauros, nunc prome pios, nunc matris & almæ
Diuitias, aurum funde, repende tuum.
Nūc patinam, calicem q; ſacrum, nunc paſtor acerrā
Sume, crucem cauſis, thuribulumq; pijs.
En age pro Chriſto bellum cum Dite parandum,
Pro quo Chriſticolis mors ſubeunda viris.
Aude pro Chriſto, pro fido paſtor ouili,
Proq; fide, & ſancta relligione mori.
Aude, quid differs? totis iam viribus vrge,
Pelle canes templis, pelle luposq; tuis.
Aude, ne dubites, tibi nam victoria leta,
Aude, ſacrilegos Iuppiter ipſe ferit.
Pro te celeſtes, pro te ſunt omnia iura,
Vnde breui pugnæ palma futura tuæ.
Non memor es viduæ? non Moſis prelia quanta?

Quantaq; Dauidicis parta trophæa viris?
Tolle manus geminas ſupplex ad ſydera, tolle;
Et ſine perfidiam marte perire trucem.
Auſpice iam Chriſto ſæuum confige Draconem,
Auſpice & infidum deſtrue morte genus.
Chriſticolæ fiant omnes, fiantq; fideles,
Et ſolum tandem fiat ouile tuum.
Sola fides tandem, ſolum baptiſma ſalubre,
Solaq; lex ſummi vera ſit orbe Dei.
Tunc honor eximius Paſtor, tunc gloria ſumma,
Tunc tibi deuicto Dite triumphus erit.
Tunc noua Chriſticolum noua tunc eccleſia fauſto
Auſpicio, ductu facta beata tuo.

AD DEVM DEPRECATIO.

OMNIPOTENS, *æterne Deus, qui cuncta creaſti,*
Audi Chriſticolæ vota, precesq; tui.
Audi, continue quamuis tibi gratia pulſat
Aures, ſollicitat clamor ab orbe tuas.
Audi, cerne fidem, proni præcordia cerne,
Et gemitus, lachrymas deſpice ab axe meas
Aſpira iuſtum ſyncero corde petenti,
Aſpira optatis iam Paraclete meis.
Corporis, ac animę ſolam depoſco ſalutem,
Et requiem, pacem nocte, dieq; tuam.
Non aurum, gemmas, agros, non grandia mundi
Regna, ſatis victus, veſtis & vna mihi.
Affer opem, ſuccurre (rogo) me dirige recta,
Fac videam claro lumine vera tuo.
Adsis aura leuis, portus, ne mergar in vndis,
Iacter & vndoſo naufragus inde mari.
Te ſine vita perit, varijs agitata procellis.
Quæ potius miſeris mors vocitanda viris.

Hinc labor, inde dolor; mortis ſtat ſemper imago,
Aßiduus langor, iugis & anxietas.
Multiplices morbi, febres, contagia, peſtis,
Et podagræ tumidi vincla dolenda pedis.
Indiga pauperies, grandisq́; penuria rerum,
Macra fames, æſtas torrida, frigus iners.
Inuidiæ, lites, rixæ, diſcordia, bellum,
Excidium, ſpolium, furta, rapina, doli.
Fraudes, inſidiæ, cædes, crudelia paſsim,
Heu quantis agitur vita miſella malis.
Vndiq; ſunt lacbrimæ, gemitus, ſuſpiria, planctus,
Verbera, torturæ, vulnera, carnifices.
Omne nefas ſummo præceps ſtat culmine, præceps
Stat vitium, facinus, ſtat ſcelus, omne malum.
Nulla fides, pietas mundo, clementia nulla,
Nullus amor, virtus nulla, bonumq́; manet.
Optima quæq; abeunt, ſtabili mortalia fato
In nihilum properant, vnde profecta, ſuum.
Iam decor inſignis, ſpecies, iam candor ocellus,
Frons hilaris, vultus iam vigor omnis abit.
Iam validæ vires, robur langueſcit, & artus
Debilitat tremulo curua ſenecta pede.

Nil homini proprium, corpus mutabile ſemper,
Imperium necnon alter, & alter habet.
Tempus idem nunq̃, varia eſt, mutabilis ętas,
Continua nunq̃ vita quieta vice.
Hei mihi bulla quidem, quid nam, quũ lapſa iuuēta?
Decrepitas, ſenium, mors inopina ſubit.
Heu genus humanum, miſerum, mortale, caducum,
Heu quicquid, tandem puluis, & vmbra, nihil.
Nemo diu ſoſpes mortalis, nemo beatus,
Contentus nemo conditione ſua.
Diues opum cupidus, nunq̃ ſatiata libido,
Pauper eget, queritur, plorat, & vſq; gemit.
Anxius in chartis ſapiens palleſcit, & alget,
Obſtupet inſipiens, corde rudiq; dolet,
Sollicitus vario Ductor diſcrimine belli,
Militibus leti terror, ab hoſte truci.
Triſte cor & regum regno ſuper, atq; ſalute,
Lęta licet facies, mens tamen ægra timet.
Triſtis & Antiſtes magni reſerator olympi,
Lutheros ſancta non ditione regi.
Hebræos, Turcas, non vinci pace fideli,
Chriſtum non toto noſcier orbe pium.

Omnes langor habet, da dextram, tolle dolores,
Anxia non ſit mens ſollicitudinibus.
Errantes noſtros ad portum dirige greſſus,
Dirige Chriſticolas religione tuos.
Incolumes ſerua, cuſtodi crimine ab omni,
Cor ſimplex, mentem da Deus alme nouam.
Omne vetus, quodcunq; malũ, quodcunq; neſandum,
Exue, fac nitidum, qui potes (oro) ſenem.
Effice me puerum, quo cœlum paruulus intrem,
Et vocer ad Dextram, quum grauis hora, tuam.
Quum tuba terribili totum clangore per orbem
Conſtrepet, ac dicet, Mortue ſurge, veni.
Inter oues numerer, grauibus ſeiunctus ab hædis,
Obtineam tota, quem peto, mente locum.
Poſſideam regnum meritis cuicunq; paratum,
Poſſideam, lateri iungar & ipſe tuo.
Iam cupio tecum cœlo conſiſtere in alto,
Et requie ęterna, pace, ſalute frui.
Da (precor) hoſpitij finem, da viuere dulci
In patria, in Domino da mihi poſſe mori.
Da mihi manna tuum, nectar, da deniq; veſci
Ambroſia, faciem meq; beare tuam.

Tunc iubar, & ſpeculum diuo mihi gloria ſolus,
Confugium, requies, manſio, vita, ſalus
Maieſtas, dominus, rex regum, ſumma poteſtas,
Et genitor, natus, ſpiritus, vnus amor.
Principium, finis, votorum meta priorum,
Solamen, pretium, palma, triumphus eris.
Tunc ſatur, & voti compos, contentus, & inde
Fœlix, ac omni parte beatus ero.
Tunc laudes, nomenq́; tuum dulciſsime Ieſu,
Oſanna in cœlo te ſine fine canam.

AD VIRGINEM Deiparam.

ALMA Dei genitrix, virgo puriſsima ſalue,
Salue ſyderei porta, decuſq; poli.
Salue ſtella maris, ſtatio fidiſsima nautis,
Confugium, portus, dulcis & aura vagis.
Diua parens virgo, virgo digniſsima noſtri
Cauſa boni, noſtræ cauſa ſalutis aue.
Ad te ſpem mundi ſolam concurrimus omnes,
Ante pedes proni ſupplice voce tuos.
Aſpice nos humiles, audi pia vota precantum,
Aſpice, Chriſticolis auxiliare tuis.
Affer opem, ſuccurre tuis, miſerere tuorum,
Aſpira precibus virgo beata pijs.
Deficimus, rapimurq; tui, defende fideles,
Adſis, ætherea porrige ab arce manus.
Te ſine, nil nobis, ſine te nil omnibus vna,
Te ſine nil tutum, nilq; ſalubre, Duce.
Te ſine concutimur ventis, demergimur atris
Vorticibus, rapidis (cerne) perimus aquis.

Te ſine Mos, Virtus, probitas, clementia nulla,
Nulla quies; pietas, gratia, nullus amor.
Te ſine virginitas, candor, pudor, omne decorum,
Maieſtas. Numen non foret orbe pium.
Te ſine Relligio, cultus, Veneratio Diuum,
Nulla fides, Chriſti gloria nulla tui.
Te ſine terrarum totus deperditus orbis,
Te ſine quid mundo? quid? niſi praua, rudi?
Nonne ſcelus, facinusq; ſimul, ſimul omne malignũ?
Ægyptus, Babylon, cuncta nefanda forent?
Non patrem, Natum cum ſancto Pneumate Mundus
Excoleret, ſolum numina trina Deum.
Non te, non Chriſtum verum, ſed Dæmonas omnes,
Heroas, Faunos, Numina falſa Deos.
Gens ignara citum pro vero Numine Solem,
Heſperon, & Lunam nocte, dieq; vagam.
Mercurium, Martem, miramq; coloribus Irim,
Caſtora, Pollucem, ſydera grata mari.
Neptũnum, Cererem, Bacchũ, Veſtamq;, Iouemq;,
Saturnum veterem, tardigradumq; ſenem.
Gens idola rudis, ſtatuas, ſimulachra metalli,
Iconas, volucres, gensq; profana feras.

Athea gens aprum, felem, Crocodilon, & Apim,
Iſida cornigeram deuenerata Bouem.
Gens olus inſipiens, Rutam pro Numine, porrum;
Cepas, ac hortis allia nata ſuis.
Vana foret vanis fatuis Mortalibus, eſſet
Vana quidem mundo, vana ſuperſtitio.
Omnes errarent, ſontes morerentur & omnes,
Præcipites peterent Tartara labe graues.
Vnica ſeruaſti Mundum Regina ruentem,
Vnica preſidijs Iusq; , piumq; tuis.
Vnica Serpentem preſſiſti, nomen & Euæ
Mutaſti, matris filia munda tuæ.
Vnica viciſti Sathanam virtute malignum,
Qui Princeps Mundi, quiq; tyrannus atrox.
Vnica virginibus de tot ſelecta tuliſti,
Qui pacem mundo, qui bona cuncta dedit.
Vnica Meſſiç genitrix, quem fata futurum,
Quem fore tot vates concinuere viri.
Vnica Virgo Dei Mater dilecta ſalutem,
Vnica chriſticolis cuncta operata tuis.
Omnia per natum feciſti magna potentem,
Omnia per Chriſtum Diua benigna tuum.

Pro qua Tarſenſis gladio cum millibus vrget,
Et ferit infidos ſtrenuus enſe viros.
Pro qua Marcus, Ioannes, Matthæus, & almus
Lucas, inuicti tempus in omne Duces.
Pro qua Duxq; ducum Petrus, cui ſumma poteſtas,
Imperium, regimen, ſceptra verenda ſeni.
Pro qua non dubitant diui fera fata ſubire,
Proq; fide, & vita, proq; ſalute mori.
Implora paſtor validæ virtutis alumnam
Heſperiam, iuuenes, vndiq; prende, viros.
Auſonij pedites ſolerti marte feroces,
Viribus, ingenijs, arte, manuq; valent.
Hinc fidei Turmæ fortes, hinc agmina Chriſti,
Hinc legio in Turcam firma, feroxq; trucem.
Hinc Domitor Turcæ veniet Romanus inermis,
Qui domitor bello totius orbis erat.
Eia age Roma tui veteris memor eſto triumphi,
Arma cape, & Chriſtum marte tuere tuum.
Victrices nunc Roma tuas, nunc collige vires,
Collige Ductores Martia Roma tuos.
Scipiadas nunc gigne duos, nunc gigne Catones,

Torquatos, Brutos pectora dura feros.
Marcellos, Scauros, Pompeios marte peritos,
Attilios, Paulos da modo Roma Duces.
Da Decios, Druſosq́; graues, paruoq́; potentes
Fabricios, Curios, Romulidasq́; pios.
Coclitibus nunc tempus eget, nunc Roma Camillis,
Cæſaribus, ſummo robore Roma tuo.
Nunc opus Auguſto, ſub quo pax alma, quiesq́;,
Iuſtitia, & pietas, mos, pudor, omne decus.
Sub quo lex, virtus, nullo concordia bello,
Sub quo terrarum totus & orbis erat.
Sub quo vera ſalus mundi cæleſtis origo
Chriſtus, noſtra fides, ſpes rata, noſter amor.
Implora paſtor volucrem Iouis arma gerentem,
Auſpicio cuius, proſpera ſemper auis.
Sub qua Germani duro certamine fortes,
Impauidi, ſtabiles marte furente viri.
Sub qua Teutonici pugnaces pectore firmo,
Neſcia gens hoſti vertere terga fero.
Sub qua miles atrox, qui quamuis corpore paruo,
Intrepidus, pugnax, fortis in arma ruit.

Nemo Pedes melior, nam promptus, ſtrenuus, acer,
Perpatiens æſtus, frigoris, atq; famis.
Hiſpanus pugil eſt terra, pelagoq́;, fidelis,
Fortis pro Chriſto miles, atroxq́; fide.
Sub qua tot gentes, populi tot marte furentes,
Tot Reges, tantum ſubiacet imperium.
Sub qua ſunt gemini, quorum fortiſsimus alter
Militię Princeps, alter & imperij.
Implora paſtor ſplendentia lilia magni
Regis, qui Domini firma columna pij.
Hunc paſtor propera regem placare ſuperbum,
Hinc pendet Chriſti palma futura tui.
Defenſor fidei, diuinæ legis amator
Gallus, Chriſticolum robur, honorq́; virum.
Herculeos dabit ille viros, virtute feroces,
Intrepidos equites, belligerosq́; duces.
Horribiles hinc, inde ruunt, hinc inde minantur,
Vndiq; concurſus, vndiq; terror adeſt.
Terra tremit, reſonatq́; ſolum, tonat vndiq; cælum,
Hinc litui ſonitus, clangor & inde tubę.
Multiplices turmæ, validę mauorte phalanges,

Agmina frenatis gallica martis equis.
Imbelles Turcę Gallorum nomine ſolo
Terrentur, fugiunt corde tremente leues.
Implora Paſtor magnum virtute Leonem,
Qui maris, & terræ, poſsidet imperium.
Qui tutamen adeſt fidei, qui gloria cultus,
Qui decus, & ſanctæ relligionis honos.
Sub quo Chriſticolę gentes, populiq; fideles,
Sub quo iuſtorum turba ſeuera virum.
Sub quo Dux ſolers, prudens, ſanctusq; Senatus
Imperat, æquali regna bilance tenet.
Grandis opum, grandis pro Chriſto copia & auri,
Adriacis terra, prompta, mariq; viris.
En iam belligerę nauali marte paratæ
Naues, en claßis iam numeroſa mari.
Implora Paſtor reges, quicunq; potentes,
Implora populos deniq; ad arma tuos.
Fac cito conueniant proceres, quicunq; vocati,
Fac cito ſubſidium dent tibi quisq; ſuum.
Iam pelago claßes, terra iam ſiſte phalangas,
Iam iam crudelem milite cinge feram.

Vndiq; Chriſticolæ miſcentes prelia, ſaltus
Obſideant, paſſim retia tenſa locent.
Hic, illic caſſes poſiti tellure latentes,
Inſidiæ, laquei, mortis vbiq; doli.
Per mare, per terras acies oppone Draconi,
Qui laniat gentes, qui vorat vſq; tuas.
Theſauros, nunc prome pios, nunc matris & almæ
Diuitias, aurum funde, repende tuum.
Nũc patinam, calicem q; ſacrum, nunc paſtor acerrã
Sume, crucem cauſis, thuribulum q; pijs.
En age pro Chriſto bellum cum Dite parandum,
Pro quo Chriſticolis mors ſubeunda viris.
Aude pro Chriſto, pro fido paſtor ouili,
Proq; fide, & ſancta religione mori.
Aude, quid differs? totis iam viribus vrge,
Pelle canes templis, pelle lupos q; tuis.
Aude, ne dubites, tibi nam victoria leta,
Aude, ſacrilegos Iuppiter ipſe ferit.
Pro te celeſtes, pro te ſunt omnia iura,
Vnde breui pugnæ palma futura tuæ.
Non memor es viduæ? non Moſis prelia quanta?

Quantaq; Dauidicis parta trophæa viris ?
Tolle manus geminas ſupplex ad ſydera, tolle;
Et ſine perfidiam marte perire trucem.
Auſpice iam Chriſto ſæuum confige Draconem,
Auſpice & infidum deſtrue morte genus.
Chriſticolæ fiant omnes, fiantq; fideles,
Et ſolum tandem fiat ouile tuum.
Sola fides tandem, ſolum baptiſma ſalubre,
Solaq; lex ſummi vera ſit orbe Dei.
Tunc honor eximius Paſtor, tunc gloria ſumma,
Tunc tibi deuicto Dite triumphus erit.
Tunc noua Chriſticolum noua tunc eccleſia fauſto
Auſpicio, ductu facta beata tuo.

AD DEVM DEPRECATIO.

OMNIPOTENS, æterne Deus, qui cuncta creaſti,
Audi Chriſticolæ vota, preceſq; tui.
Audi, continue quamuis tibi gratia pulſat
Aures, ſollicitat clamor ab orbe tuas.
Audi, cerne fidem, proni præcordia cerne,
Et gemitus, lachrymas deſpice ab axe meas
Aſpira iuſtum ſyncero corde petenti,
Aſpira optatis iam Paraclete meis.
Corporis, ac animę ſolam depoſco ſalutem,
Et requiem, pacem nocte, dieq; tuam.
Non aurum, gemmas, agros, non grandia mundi
Regna, ſatis victus, veſtis & vna mihi.
Affer opem, ſuccurre (rogo) me dirige recta,
Fac videam claro lumine vera tuo.
Adsis aura leuis, portus, ne mergar in vndis,
Iacter & vndoſo naufragus inde mari.
Te ſine vita perit, varijs agitata procellis.
Quæ potius miſeris mors vocitanda viris.

Hinc

Hinc labor, inde dolor; mortis ſtat ſemper imago,
Aſsiduus langor, iugis & anxietas.
Multiplices morbi, febres, contagia, peſtis,
Et podagræ tumidi vincla dolenda pedis.
Indiga pauperies, grandisq́; penuria rerum,
Macra fames, æſtas torrida, frigus iners.
Inuidiæ, lites, rixæ, diſcordia, bellum,
Excidium, ſpolium, furta, rapina, doli.
Fraudes, inſidiæ, cædes, crudelia paſsim,
Heu quantis agitur vita miſella malis.
Vndiq́; ſunt lachrimæ, gemitus, ſuſpiria, planctus,
Verbera, torturæ, vulnera, carnifices.
Omne nefas ſummo præceps ſtat culmine, præceps
Stat vitium, facinus, ſtat ſcelus, omne malum.
Nulla fides, pietas mundo, clementia nulla,
Nullus amor, virtus nulla, bonumq́; manet.
Optima quæq; abeunt, ſtabili mortalia fato
In nihilum properant, vnde profecta, ſuum.
Iam decor inſignis, ſpecies, iam candor, ocellus,
Frons hilaris, vultus iam vigor omnis abit.
Iam validæ vires, robur langueſcit, & artus
Debilitat tremulo curua ſenecta pede.

Nil homini proprium, corpus mutabile ſemper,
Imperium necnon alter, & alter habet.
Tempus idem nunq̃, varia eſt, mutabilis ętas,
Continua nunq̃ vita quieta vice.
Hei mihi bulla quidem, quid nam, quũ lapſa iuuẽta?
Decrepitas, ſenium, mors inopina ſubit.
Heu genus humanum, miſerum, mortale, caducum,
Heu quicquid, tandem puluis, & vmbra, nihil.
Nemo diu ſoſpes mortalis, nemo beatus,
Contentus nemo conditione ſua.
Diues opum cupidus, nunq̃ ſatiata libido,
Pauper eget, queritur, plorat, & vſq; gemit.
Anxius in chartis ſapiens palleſcit, & alget,
Obſtupet inſipiens, corde rudiq; dolet,
Sollicitus vario Ductor diſcrimine belli,
Militibus leti terror, ab hoſte truci.
Triſte cor & regum regno ſuper, atq; ſalute,
Lęta licet facies, mens tamen ægra timet.
Triſtis & Antiſtes magni reſerator olympi,
Lutheros ſancta non ditione regi.
Hebræos, Turcas, non vinci pace fideli,
Chriſtum non toto noſcier orbe pium.

Omnes langor habet, da dextram, tolle dolores,
Anxia non ſit mens ſollicitudinibus.
Errantes noſtros ad portum dirige greſſus,
Dirige Chriſticolas relligione tuos.
Incolumes ſerua, cuſtodi crimine ab omni,
Cor ſimplex, mentem da Deus alme nouam.
Omne vetus, quodcunq; malũ, quodcunq; nefandum,
Exue, fac nitidum, qui potes (oro) ſenem.
Effice me puerum, quo cœlum paruulus intrem,
Et vocer ad Dextram, quum grauis hora, tuam.
Quum tuba terribili totum clangore per orbem
Conſtrepet, ac dicet, Mortue ſurge, veni.
Inter oues numerer, grauibus ſeiunctus ab hædis,
Obtineam tota, quem peto, mente locum.
Poſſideam regnum meritis cuicunq; paratum,
Poſſideam, lateri iungar & ipſe tuo.
Iam cupio tecum cœlo conſiſtere in alto,
Et requie ęterna, pace, ſalute frui.
Da (precor) hoſpitij finem, da viuere dulci
In patria, in Domino da mihi poſſe mori.
Da mihi manna tuum, nectar, da deniq; veſci
Ambroſia, faciem meq; beare tuam.

Tunc iubar, & ſpeculum diuo mihi gloria ſolus,
Confugium, requies, manſio, vita, ſalus
Maieſtas, dominus, rex regum, ſumma poteſtas,
Et genitor, natus, ſpiritus, vnus amor.
Principium, finis, votorum meta priorum,
Solamen, pretium, palma, triumphus eris.
Tunc ſatur, & voti compos, contentus, & inde
Fœlix, ac omni parte beatus ero.
Tunc laudes, nomenq; tuum dulciſsime Ieſu,
Oſanna in cœlo te ſine fine canam.

AD VIRGINEM Deiparam.

ALMA Dei genitrix, virgo puriſſima ſalue,
Salue ſyderei porta, decusq́; poli.
Salue ſtella maris, ſtatio fidiſſima nautis,
Confugium, portus, dulcis & aura vagis.
Diua parens virgo, virgo digniſſima noſtri
Cauſa boni, noſtræ cauſa ſalutis aue.
Ad te ſpem mundi ſolam concurrimus omnes,
Ante pedes proni ſupplice voce tuos.
Aſpice nos humiles, audi pia vota precantum,
Aſpice, Chriſticolis auxiliare tuis.
Affer opem, ſuccurre tuis, miſerere tuorum,
Aſpira precibus virgo beata pijs.
Deficimus, rapimurq́; tui, defende fideles,
Adſis, ætherea porrige ab arce manus.
Te ſine nil nobis, ſine te nil omnibus vna,
Te ſine nil tutum, nilq́; ſalubre, Duce.
Te ſine concutimur ventis, demergimur atris
Vorticibus, rapidis (cerne) perimus aquis.

Te ſine Mos, Virtus, probitas, clementia nulla,
Nulla quies, pietas, gratia, nullus amor.
Te ſine virginitas, candor, pudor, omne decorum,
Maieſtas. Numen non foret orbe pium.
Te ſine Relligio, cultus, Veneratio Diuum,
Nulla fides, Chriſti gloria nulla tui.
Te ſine terrarum totus deperditus orbis,
Te ſine quid mundo? quid? niſi praua, rudi?
Nonne ſcelus, facinusq; ſimul, ſimul omne malignũ?
Ægyptus, Babylon, cuncta nefanda forent?
Non patrem, Natum cum ſancto Pneumate Mundus
Excoleret, ſolum numina trina Deum.
Non te, non Chriſtum verum, ſed Dęmonas omnes,
Heroas, Faunos, Numina falſa Deos.
Gens ignara citum pro vero Numine Solem,
Heſperon, & Lunam nocte, dieq; vagam.
Mercurium, Martem, miramq; coloribus Irim,
Caſtora, Pollucem, ſydera grata mari.
Neptũnum, Cererem, Bacchũ, Veſtamq;, Iouemq;,
Saturnum veterem, tardigradumq; ſenem.
Gens idola rudis, Statuas, ſimulachra metalli,
Iconas, volucres, gensq; profana feras.

Athea gens aprum, felem, Crocodilon, & Apim,
Iſida cornigeram deuenerata Bouem.
Gens olus inſipiens, Rutam pro Numine, porrum,
Cepas, ac hortis allia nata ſuis.
Vana foret vanis fatuis Mortalibus, eſſet
Vana quidem mundo, vana ſuperſtitio.
Omnes errarent, ſontes morerentur & omnes,
Præcipites peterent Tartara labe graues.
Vnica ſeruaſti Mundum Regina ruentem,
Vnica præſidijs iusq́; , piumq́; tuis.
Vnica Serpentem preſſiſti, nomen & Euæ
Mutaſti, matris filia munda tuæ.
Vnica viciſti Sathanam virtute malignum,
Qui Princeps Mundi, quiq́; tyrannus atrox.
Vnica virginibus de tot ſelecta tuliſti,
Qui pacem mundo, qui bona cuncta dedit.
Vnica Meſſiæ genitrix, quem fata futurum,
Quem fore tot vates concinuere viri.
Vnica Virgo Dei Mater dilecta ſalutem,
Vnica chriſticolis cuncta operata tuis.
Omnia per natum feciſti magna potentem,
Omnia per Chriſtum Diua benigna tuum.

Per te virtutes, per te miracula mundo,
Per te, perq; fidem ſigna tot acta piam.
Tot cæci Titana vident, tot Lyncea vincunt
Lumine, qui Talpæ nocte, dieq; prius.
Tot ſaliunt Claudi, qui greſſus ante nequibant
Tendere, nec poterant ante mouere pedes.
Tot lepra nitidi, tot mundi crimine, totq;
Sanati varia febre, dolore, malo.
Tot Surdi ſenſere pium, ſenſere loquentem
Chriſtum, qui cœli factor, & orbis erat.
Lumine tot caſſi, elati tot, totq; ſepulti,
Exciti tumulis exiluere ſuis.
Tum demum indoctus, pauper, piſcator adegit
Mundum diuino ſubdere colla iugo.
Omnia mira Dei dextra quæcunq; Tonantis,
Per Chriſtum toties ſigna peracta pium.
Sunt hæc ſigna pij, ſunt hæc miracula Chriſti,
Sunt hæc excelſi qualiacunq; Dei.
Non mortalis opus medici, nec Apollinis vnq̃,
Quale fuit nati ſepius orbe tui.
Longum, ſi memorem quæ nam, vel quanta peregit
Doctrina, ingenio, numine, voce, manu.

Quid non pro cunctis operatus in orbe Redemptor?
Quid non perpeſſus? non tulit inde mali?
Quis canat erũnam, ſudorem, frigus, & æſtum?
Pauperiem, irriſum, verbera, probra, necem?
Quis pugnas cantet, quis palmas, quisue triumphos?
Quis laudes, meritis præmia digna ſuis?
Quis tibi Virgo queat pro tantis ſoluere grates
Officijs? tantis quæ tibi lata bonis?
Non ego profiteor tenui perſtringere verſu
Omne decus, meritum Virgo, Parensq́; tuum.
Non Maro grandiloquus, quamuis ſublimis adeſſet,
Sufficiens numeris ad tua geſta ſuis.
Meonides Vatum primus titubaret in omni
Eloquio titulos commemorare tuos.
Orpheus, Amphion celebres cantuq́;, ſonoq́;,
Deficerent rhythmis, voce, ſonoq́;, ſuis.
Inferior laus, omnis honos virtutibus amplis,
Quas tetigi rudibus ſegnis, inopsq́; modis.
Parce igitur, veniamq́; meis audacibus auſis
Præbe, da veniam, da, mihi parce rudi.
Si leue, ſi fatuum carmen, ſi debile noſtrum,
Si diſpar meritis noſtra camena tuis.

Non opus indignum, nec noſtrum flebile carmen
Aſpice, ſed mentem, corq́; animumq́; meum.
Aſpice contritum, faſſum, ſine crimine vatem,
Aſpice, conſerua, paſce, tuere, iuua.
Dirige me pia Virgo pium, pia Virgo fidelem,
Chriſticolam, ſeruum me pia Virgo tuum.
Fac (rogo) me fauſtum, fœlicem, meq́; beatum,
Fac ſim cum Chriſto, ſtem, morer vſq; tuo.

AD LEVNTIVM.

TEMPORA noſtra nimis cur ſint peruerſa Leunti,
Curq; ſit in toto Mars ferus orbe, rogas.
Vnde tot, & tantæ concurrant vndiq; gentes,
Et miſero in latio cur niſi barbaries.
Deniq; quis finis belli, tantiq; tumultus,
Quando quies, quando gaudia, quando ſalus.
Accipe, quandoquidem noſtro tua digna relatu
Quæſtio, quæ tanti cauſa ſit orbe mali.
Non peruerſa quidem, ceu fers, mutata nec vnq̃,
Quę fuerint, nec quę tempora ſemper erunt.
Semper idem breue tempus abit, decurrit eodem,
Labilis in curſu noxq;, dieſq; ſuo.
Verum peruerſi mores, peruerſa iuuentus,
Peruerſus vitijs ſexus vterq; ſuis.
Non ne dolos, fraudes, inceſtus, furta, rapinas?
Inſidias, cædes, impia fata vides?
Impia non ne modo, quæ nunq̃ viſa priori
Tempore? præcipiti non ſcęlus omne gradu?
Hinc (mihi crede) cadunt diuinę deſuper iræ,
Hinc Mars, hincq; fames, ſęua lueſq; venit.

Liuor edax, odium, regnandi dira libido,
Regna quid? Inuidia quid? furiale malum.
En paſſim Alecto virus diſſeminat atrox,
Concitat en ſæuos fortia ad arma Duces.
Aſpice quàm reges inter diſcordia ſæuos,
Aſpice riuales improba Erinnys agit.
Riuales igitur totis pro viribus vrgent,
Bella parant, miſcent prælia, quanta vides.
Vndiq; ſtant acies accenſæ propter amorem,
Et noſtræ Heſperiæ diues ob imperium.
Quo miſer imperio Pallas, quo Dia Camilla,
Quo Turnus, quondam tot periere viri.
Innumeræ Latio percuſſæ marte phalanges,
Innumeri latio fata obiere Duces.
Heu quales, quanti perierunt tempore noſtro,
Heu heu quot Diti corpora miſſa truci.
Cauſa mali tanti coniux Lauinia noſtri,
Quam Leo, quam Gallus, quam Iouis ales amat
Dij faciles, qualem cerno, depellite peſtem,
Dij facite iratos pace ſedere Duces.
Dij ſedate feros reges, ſedate furentes,
Stentq; ſuæ cuncti finibus in patriæ.

Quid fuit, vt tantas Gallus tranſcenderet alpes?
Et noſtras ſæuo marte referret opes?
Quis furor Hiſpanum pelagus tentare profundum
Impulit? erumnas totq; ſubire graues?
Quæ fera Tiſiphone toto bacchatur in orbe?
Quæ peſtis ſtygios cogit adire lacus?
Quæ mala non paſsim? quæ non diſpendia fiunt?
Quis non mendicus marte furente gemit?
Nemo ſui iuris, cum ſint nunc omnia martis,
Dic mihi, dic cuius, non niſi martis opes?
En trepidi fugiunt omnes, dant terga relictis
Theſauris, curæ nil, niſi ſola ſalus.
Heu dolor, anxietas, langor, ſuſpiria, luctus,
Heu. nunc quam triſti pectore mæror ineſt.
Dij faueant populo concordi pace fideli,
Dijq; velint toto vera ſit orbe fides.
Aurea tunc ætas orbi, fælicia ſæcla,
Gaudia, libertas, ocia, grata quies.
Tunc verum fœdus, ſtabilis concordia regum,
Sanctaq; perpetuæ vincula amicitiæ.
Tunc demum requies mundo, tunc paxq;, ſalusq;,
Quum ſolus Princeps, paſtor & unus erit.

IN Medicum Peſti Aueruncandæ Prſectum.

IMPROBE cur tantum peſtis contagia differs?
Cur trahis, atq; foues nocte dieq; luem?
Improbe cur morbum noſtris producis in oris?
Pellere quem neſcis, ſerpere queq; cupis?
Non pudet infauſtum vulgo diffundere vocem?
Non pudet innocuas claudere, totq; domos?
Heu quicunq; dolet, friget, ſeu febre caleſcit,
Lætali ſubito peſte laborat, ais.
Neſcia turba mali credit, tibi paret atroci,
Obſequitur lanio, carnificiq; truci.
Incidis venas, incidis crura dolentum,
Vitaleis partes qualibet arte feris.
Sanguis, ſiquis ineſt, humor prob Iuppiter omnis
Exit, & effuſo vita cruore perit.
Partibus imponis tumidis cruda allia, cepas,
Aut emplaſtra ligas morbida fæminibus.
Pharmacon inde paras leti medicamen, & egris
Porrigis, vnde lues, morsq; repente venit.
Hæc tua ſunt, quæ danda mones contraria peſti,
Hec tua, que morbo fers adhibenda graui.

Non talem Galenus opem, non allia, cepas,
Non Auicena grauis, non grauis Hippocrates.
Optima prudentes medicamina, ſi qua dederunt,
Sed tu viroſam, qui maleſanus, opem.
Extorques quodcunq; bonum, quodcunq; ſalubre,
Conficis exangues, ęre leuesq́; viros.
Marſupium, gemmas, aurum, mantilia, veſtes
Surripis, ac nitidas reddis amice domos.
Vtile conſeruas, ſolum quod inutile, perdis,
Omne bonum iuſta tu facis arte tuum.
Hinc reditus varij, fęcundaq; prędia facta,
Fertilis hincq; tibi vinea, cultus ager.
Ars tua, falſa licet, prouentus reddit, opesq;,
Pauper, inops, Irus qui modo Crœſus adis.
Aſt ego perpetior, iam deficiente crumena
Pauperiem nudam, letiferamq; famem.
Vnde trucem medicum feriam te peßime lurco
Carmine, cum noſtri cauſa nefanda mali.
Elige, quid peragas tandem mihi, de tribus vnum,
Si non, te ſolum perdat acerba lues.
Aut hinc carpe fugam, aut peſtem tolle malignam,
Aut demum lucri me face participem.

AD LAMPRIDIVM SVVM.

ANXIVS in ludo voluens mea fata ſedebam,
Sollicito cordi nil niſi triſte meo.
Affuit ecce tuo quidam cum carmine, præſto
Affuit, & ſalue quàm bene pronus ait,
Accipe iamq; manu porrexit carmina fatus,
Accipe, Lampridius quæ tibi ſcripta dedit.
Accipio ſubito verſus gratiſſima cultos
Munera, quos legi ſæpius arte graues.
Materiæ, nam viſa frequens ſententia dignæ,
Iunctaq; mirifico verba ſonora modo.
Nil niſi delectum cultis ſtat verſibus, amplum,
Quicquid ineſt, quicquid, nil niſi grande ſonat.
Omne decus, ſublime genus, fons vber, abundans
Copia, dulce melos, ars noua, vena potens.
Nil equidem vani, nil eſt in carmine mendæ.
Nil eſt, quod poſſim labe notare rudi.
Ingenio ſunt culta graui, ſunt plena leporis,
Omnia palladia carmina facta manu.
Fama licet celebris, tamen eſt (mihi crede) maligna,
Parca nimis, necnon laudis auara tuæ.

Excedit

Excedit laudem meritum, ſapientia famam,
Qua volitas grauium cuncta per ora virum.
Splendidus, excellens, vates facundus vtroq;
Eloquio, mirum dogma, poema tuum.
Grāmaticus taceo quantus, quantus quoq; vates,
Aſtrologus, taceo, quæ magis alta polo.
Extemplo quodcunq; libet, tu dicere promptus,
Nec deſunt numeris dulcia verba ſuis.
Non tibi verba ioci deſunt, non gratia ficti,
Non veri, linguæ cuncta decora tuæ.
Nam modo quæ vidi Lauro ſunt digna virenti
Carmina, ſunt doctis vſq; legenda viris.
Non valeo (fateor) meritas extollere laudes,
Nam virtus maior, q̃ mea muſa, tua eſt.
Quę mihi ſollicito quantum doctiſſime grata,
Non facile eſt calamo (crede) referre leui.
Anxietas animo penitus ſublata dolenti,
Triſtitia & cordi mota, dolorq; meo,
Dij tibi dent quodcunq; cupis pro munere tanto,
Et tribuant muſis præmia digna tuis.

AD EVNDEM.

S ORS bona me Veneta diſcedere cogit ab vrbe,
Suſpenſum, ancipitem, ſpes tamen ecce tenet.
Abſtrahor Adriacis nolens, inuitus ab oris,
Sic ſors me miſerum, ſic mea fata trahunt.
Nō ſecus excrucior, quàm qui in scylla, inq; charybdi
Captus, ſyndromadum nauita, vel ſcopulis.
Aure lupum teneo, quid agam? ſum neſcius, vnde
Aſpice diuerſas mi Benedicte vices.
Heu heu quo rapior dubius? quid proſequar anceps?
Hic morer? an migrem? quo data noſtra fides?
Vrget pacta fides, retrahit ſpes neſcia voti,
Conficitur varijs mens mea diſidijs.
Hinc iam cedendum, non nō, imo, ecce manendū eſt,
Diripior duplex, nunc eo, nuncq; moror.
Perfidus an dicar? quid peius? perfidus inq̃,
Si non promiſſis, quæ data, ſtabo meis.
Promiſi nolens domino ſeruire potenti,
Sub quo Tauriſij iuſq; piumq; viget.
Cauſa ingens vt eam, quo me Bertutius vrget,
Cana fides, vlli non renuenda viro.

Ocia pollicitus, ſtudium, legemq́; ſeueram,
Qua nihil optanti gratius eſſe poteſt.
Præmia digna ſatis præbet, maiora daturus,
Eueniet ſiquid tempore, ſorsq́; dabit.
Me trahit inuitum certe Bertutius, ecce
Expectat reditum nocte, dieq́; meum.
Hinc abeo nolens, Veneta quid dulcius vrbe?
Quæ nunc imperio terra beata ſuo.
Deſero quæ patria dulci mihi carior omni,
Deſero & arbitrium ſtans procul inde meum.
Deſero tot ſocios, tot fido in amore ſodales,
Deſero tot veteres, ſcis vt, amicitias.
Deſero tot lucri, peregrinæ commoda linguæ,
Deſero Muſurum. Quis mihi lector erit?
Quis mihi Tauriſij ſocius? quis fidus amicus?
Quod mihi ſolamen, dulce ſodalitium?
Ancipitem, varium me ſpes ignara futuri,
Credula quæ facili decipit arte viros.
Spes alit in dubio miſeros, ſpes fallit inertes,
Spes facit erumnas ſæpe maligna graues.
Spes me ſola tenet, ſpes me non certa moratur,
Spes eſt, quæ pactas non ſinit ire vias.

Contra çana fides, titubans diuellor vtrinq;,
Hęc vult, illa negat, hinc miſer, inde trahor.
Saxum inter, ſacrumq; moror, mens vndiq; pendet,
Pendet, inęquali ſtatq; bilance mea.
Conſilium expecto, mihi da (precor) vtile, mentem
Sollicitam dubia lite quieſce meam.
Qui ſolus regimen, noſtrę qui regula vitæ,
Quo ſine nil poßum, nilq;, volente, volo:
Dic (rogo) quid ſentis, mihi conſule, profer, eundũ,
Aut ſtandum, ſtabo, vel celer ibo, vale.

AL BRACTEOLVM
*ſuum amicorum
optimum.*

AD TE *confugio triſtis, miſerabilis, æger,*
Affer opem, miſero, da (precor) auxilium.
Triſtitiam ſolare meam, ſolare dolorem,
In ſterili quando noſtra Minerua loco.
Grammata nil inopi, miſero nil carmina proſunt,
Dogmaq; nil certe, nilq; poæma iuuat.
Heu Mauors paßim, paßim contagia peſtis,
Quę modo gymnaſium clauſit acerba meum.
Quàm nunc infœlix, quàm ſpe deceptus inani?
Hei mihi quid profugo, quid niſi vita breuis?
Paupertas hinc, inde lues, mars vndiq; ſęuit,
Hic ſpolium, illa famem, tendit & illa necem.
Quid ſpolium noui, noui quid turpis egeſtas,
Nil mihi de ſæua nil niſi morte metus.
Turpe quidem (fateor) ſed multo turpius eße,
Ante diem ſtygias nare Charontis aquas.
Non ego pauperiem, ſpolium, nec verbera curo,
Dum nunc elabar, dumq; ſuperſtes eam.

Omnia perpetiar, viuam modo ſæcla Sibyllæ,
Et viuam pylij tempora longa ſenis.
Quid prodeſt aurum; quid & alta palatia proſunt?
Prędia quid? reditus, copia grandis opum?
Nam modo q̄ diues, vagus, erro, pauper, & hoſpes,
Nudus, inops, Irus, qui modo Cræſus erat.
Oppida perduntur, perduntur męnia, & arces,
Et nihil eſt, quod non Mars ferus orbe ruat.
Diuitię inſtabiles, varium, mutabile regnum,
Imperium nulli perſtat in orbe ratum.
Sola bonum ſtabile eſt virtus, quæ ſola perennis,
Quæ nunq̄ grauibus naufraga facta malis.
Sola ſatis virtus, vos ſpes, fortuna valete,
Nil mihi vobiſcum, fraudis abite Deæ.
Fallaces ambæ, credentes fallitis omnes,
Tu promiſſa negas, quę dedit, illa rapit.
Sola mihi virtus, quæ quondam ſola Bianti,
Fida comes, profugis portus, & aura viris.
Hac duce tutus iter capiam, quocunq; libebit,
Diues, inops quamuis, hac duce ſemper ero.
Hac Duce ſydereas volitans connitar ad ędes,
Hac duce perpetuis perfruar vſq; bonis.

Hac duce perueniam, quo non conceditur vltra
Tendere, nam voti meta, quieſq; mei.
Virtus, confugium, ſtatio, ſolamen, aſylum,
Prȩſidium, columen, gloria, vita, ſalus.
Sola facit virtus fælices, ſola beatos,
Cætera fortunæ, cætera mortis erunt.

AD EVNDEM.

I MEA *Muſa libens, hilaris, iucunda ſodalem,*
Aonium vatem viſe Thalia meum.
Sis lacera quamuis, male veſte induta, puid inde?
Vellere dum tenui tecta pudenda ſatis.
Si rudis ingenio tali, ſi vilis, inerſq;,
Si leuis, inſipiens deniq;, viſa, parum eſt.
Ne dubita, iam carpe viam ſecura benignum,
Aſpicies nitidum corde, fideq; virum.
Tolle moram, doctas præſto iam defer ad aures,
Salue, qui domini mens animuſq; mei.
Inde data eximio vati mea Muſa *ſalute,*
Incipe, dic humili talia verba ſono.

Nuncia ſum verax grauiter triſtantis amici,
Quod ſine te Veneta ſolus in vrbe manet.
Diſcrimen longum, diſtantia longa locorum,
Triſtitię cauſa eſt, ac via longa ſuę.
Vnde oculos, lachrymisq́; genas perfuſus obortis,
Luget, perq; domum nocte, dieq́; gemit.
Gaudia nulla viro triſti, ſolamina nulla,
Nulla quies, nullus mite leuamen amor.
Huc, illuc ſolus ſemper gemebundus oberrat,
Suſpirans imo corde, dolensq́; graui.
Flebile ceu dulci Turtur priuata marito,
Flebile (crede mihi) carmen vbiq; canit,
Adſumus illi omnes, Phębus, Tritonia Pallas,
Ambo Pierijs Numina culta choris.
Solatur mæſtum Pallas, ſolatur Apollo,
Nos quoq; ſolamur turba nouena Deę.
Nil agimus cantu muſæ, nil proſumus ęgro,
Nilq́; ſono Phæbus, nilq́; Minerua ſale.
Solamen tu ſolus eras, tu gaudia ſolus,
Confugium, portus, dulce ſodalitium.
Subſidium, ſtatio, columen, decus omne ſolebas,
Conſilium, regimen, dogma, poęma ſuum.

Lampridius fuit ante diu ſua gratia ſolus,
Lampridius vitæ regula grata ſuæ.
Martia Roma prius voluit, tum Mantua ſolers,
Lampridium eximio nunc in honore tenet.
Mantua Virgilio totum cantata per orbem,
Mantua tot doctis percelebrata viris.
Lampridio gaudet latiæ Grecæq; perito,
Exultat, fruitur nocte dieq; graui.
Condoluit quantum, quantum triſtatus adempto
Lampridio, Muſę non licet ore loqui.
Vnanimes certe (noſti) quid plura? duobus
Semper idem velle, nolleq; ſemper idem.
Cana fides, ſyncerus amor, concordia verax,
Sola anima in gemino corpore ſemper erat.
Tum pro Lampridio ſubijt tua gratia dulcis,
Dulcis amor, niueus candor, & alba fides.
Tu quoq; ſurreptus, Veneta procul vrbe vocatus
In patriam, proprios tractus adire lares.
Dulce quidem peregre feſſis ſua regna, penates
Viſere, & optato ponere membra toro.
Nil melius (fateor) patria, nec gratior vlli,
Nec quicq̃ toto dulcius orbe dari.

D ij faci'es adſint, faueant, tua vota ſecundent,
  Incolumes ſeruent resq; domumq; tuam.
D ij tribuant quodcunq; bonum, quodcunq; ſalubre,
  D ij tandem cœlo teq;, tuosq; beent.
Infœlix certe ſine te Baptiſta ſodali,
  Gregorius, ſine te triſtis vbiq; gemit.
S olamen ſolitum mæſtus per carmina poſcit,
  Flagitat optatam grande leuamen opem.
Flebilibus vates elegis ſolaminor ambo,
  Perq; vices ambo pellite triſtitiam.
His elegis fratrem modo tu lugebis ademptum,
  D iſceſſum a Veneta flebit & ille tuum.
Sic tandem ambobus fletu ſolamina fient,
  Sic venient lachrymis gaudia veſtra pijs.

AD IVLIAM.

QVI modo liber eram, cęcoq́; ſolutus amore,
Credebam nulli ſubdere colla iugo.
Obligor ecce tuis oculis mea Iulia pulchris,
Obligor, arbitrio do mea colla tuo.
Si iuuat ecce caput ſæuis inuolue catenis;
En manicis palmas, compede ſtringe pedes.
Omnia perpetiar, lanies licet ipſa capillos,
Et ferias faciem, dum furis, vngue meam.
Non dolor vllus erit, tantum (mihi crede) dolebo,
Ne dum me ferias, ſit tua læſa manus.
Longa manus, digiti longi, teretesq́; lacerti,
Os breue, pesq́; breuis, cor rapuere meum.
Heu pereo, quoties video tua colla, papillas,
Pectora, quæ ſcythica candidiora niue.
Heu morior pro te, morior mea Iulia (cerne,
En necis indicium pallor in ore, meæ.
Vrimur, ignis ineſt noſtris en flamma medullis;
Vrimur, ardor edax intus amore tui.

Quæ prædata meos ſenſus miſerere precantis,
Affer opem miſero, quam mihi ferre potes.
Herbarum vis nulla iuuat, nil gramina proſunt,
Carmina nil minuunt ter repetita malum.
Quæ cunctos medicina valet, ſanare dolores,
In noſtro vires perdit amore ſuas.
In te noſtra ſalus ſola, & mors Iulia pendet;
Dede neci, miſero vel (precor) affer opem.
Mortis ſola tenes, ac vitæ Iulia cauſam,
Elige vtrum malis, elige, tolle moram.
Non mors eſt in amore grauis, mihi Iulia Amanti
Turpe quidem, pro te non in amore mori.
Tantus ineſt ardor, tanta eſt in pectore flamma,
Vt mala prævalidus queq; ſubire queam.
Herculeos auſim pro te ſufferre labores,
Auſim cœliferi pergraue Atlantis onus,
Non graue (crede mihi) dederis quodcunq;, ſubibo,
Perpetiar, tergo pondus & omne feram.
Fac, quodcunq; cupis de me, fac ſæua periclum;
Cognoſces animum, corq;, fidemq; meam.
Si mors noſtra placet, moriar, quid plura? quid inde?

Non'ne decus functo? non tibi ſæua nefas?
Vtilior mea vita tibi, ſeruatus honori,
Et ſemper laudi Iulia viuus ero.
Sume igitur, cui ſola places, cui ſola probaris,
Et cui dum viuam, ſola perennis eris.

AD CANDIDVM IVLIAE Amore pereuntem.

VNDE eſt hęc macies? vnde eſt hic Candide pallor?
Vnde eſt tam triſtis quod mihi ſemper ades?
Num te febris habet? num langor corde ſub ipſo?
Cura grauis num te? numq; cupido premit?
Euome, ſi qua lues offendit, ſi qua grauatum
Fax tenet, anxietas, detege, ſi qua latet.
Ede, quid vlterius æger proauceris, ede,
Ede, ſalus, dic, dic, vatca forſan ero.
Deſine crudelem morbi cognoſcere cauſam,
Deſine, quod cruciat pectora noſtra malum.
Non hæc anxietas non febris querquera, langor,
Heu maciem, vulnus dat mihi ſæuus amor.
Qualis ineſt pallor, macies mihi qualis in ore,
Huius amor cauſa eſt, cauſa coloris atrox.
Solus eram fœlix mundo, ſolusq; beatus,
Si compos voti mens mea facta fui,
Penè manu tenui pretium, tenuiq; triumphum,
Penè manu, captum quod decus alter habet.

Excrucior, qui ſede potens deiectus ab alta,
Excrucior, præceps factus ab hoſte graui.
Heu nimium nocuit mora, me mora ſola morantem
Perdidit, ah noſtri veh mora cauſa mali.
Peßima, te quamuis Fabio victoria parta eſt,
Peßima, te quãquã res data Romulidis.
Peßima, ſola noces, nocuiſti, ſola paratis,
Solaq; perpetuo noxia rebus iners.
Tolle moram ſegnem, quid agis depelle doloſam,
Quæ tot, tanta tibi damna maligna parit.
Ex hac quid niſi damna mora, ne credite inerti,
Cum ſegni ſemper ſtet Metanea mora.
Experto mihi crede viro ſtudioſa iuuentus,
Vtile conſilium do tibi, carpe meum.
Quamprimum data, carpe manu, eſt occaſio, carpe,
Nam fugit, & preceps non reditura volat.
Exemplo fugienda meo mora, diſce, quod olim
Proderit, in factis ſit mora nulla tuis.
Quid nam perdiderim, dolor eſt narrare morando,
Heu quoties recolo, triſtor, & vſq; gemo.
Quid nam diuitię? quid opes? quid prædia, gemmæ?

Atq; aurum quid nam ? quicquid in orbe, nihil.
Amiſi infœlix auro prestantius omni,
Amiſi melius, quo nihil eſſe poteſt.
Corde meo melius nihil eſt ex omnibus vno,
Cor mea iactura eſt, cor mea perditio.
Cor (rogo) redde meum, ſaltem cor Iulia redde,
Cor (rogo) ſi cordi, daq; quod ante tuum.
Heu cur non video ſolem mea gaudia clarum ?
Ceu nitidum quondam, dum rata noſtra fides.
Hei mihi, cur tantum clauſe mors noſtra feneſtræ ?
Hei mihi, cur oculis ſtella negata meis ?
Iulia quæ leuior folijs, fallacior aura,
Iulia cur fido perfida rupta fides ?
Quo nunc tanta fides ? quo nunc dic gratia tanta ?
Tantus amor, quo nunc, dic (rogo) fugit amor ?
Ceu laqueo cornix cauta eſt, ceu piſcis ab hamo
Læſus, ceu frendens retia vitat Aper.
Sic ego cautus ero, nec me mala fæmina fallet,
Amplius aut cæci ſubſequar arma Dei.
Ah genus infidum, fallax, nocuumq;, malumq;,
Periurum, præceps in ſcelus omne. Vale.

Ad

DE IVLIO PONTIFICE.

MAXIMVS in toto qui Paſtor Iulius orbe,
Diuino profugas Numine cogit oues,
Cogit oues tandem diuerſo tempore raptas,
Quas hinc, inde lupi diripuere truces.
Suſcitat ecce potens pugnaci Marte ſecundus,
Omnia clauigeri mortua iura ſenis.
Colligit en populos Petri ſub amore fideles,
Continet ac dulci ſub ditione iugo.
Ecce nouæ leges, quas victis ponit honeſtas,
Ecce per humanum iusq́ piumq́ genus.
Poßidet Imperium per multas Iulius vrbes,
Imperat & Romæ iuſta tributa dari.
Fœlices populi, quibus eſt dominatio Petri,
Nam valet Imperio quosq́ beare ſuo.
Gaude igitur fælix, iam docta Bononia gaude,
Subiecta eſt ſancto Felſina terra ſeni.
Non tibi Bentiuolus crudelis in arce tyrannus,
Cuius in arbitrio fasq́; nefasq́ graui.
Pontifici reges ſparſi quicunq́ per orbem,
Parent Romano, ſubdita Sceptra Patri.

Sola ne Pontifici Diuo Ferraria pugnax?
Sola negas dulci ſubdere colla iugo?
Quid ſtas mentis inops? quid ſęuas improba pęnas?
Quid tandem pugilum prælia dira manes?
Iulius en freno ſtatuit frenare ſuperbam,
Et tua ſub ſancto colla tenere pede.
Dic(rogo)quid Gallus tibi iam Ferraria prodeſt?
Dic,age,num voti ſpes tua compos erit?
Falleris,ah nimium tua ſpes Ferraria fallax,
Si credis contra ſceptra tenere Deum.
Accelera,quid agis? veniam depoſcere ſupplex,
Flecte genu,collo cingula necte tuo.
Iuppiter omnipotens precibus de corde profuſis,
Electitur,obſequio Numina flecte pio.
Ira cadet,veniamq; dabit,ſi mente rogabis,
Si Gallum expelles,ſi pia pacta feres.
Ne dubita,iam iunge tuam Ferraria Gentem,
Fac ſis pro latio miles,vt ante,ferox.
En populi Inſubres pugnant ſub fortibus armis,
En Italus miles martia tela quatit.
En Leo pro patria,pro libertate vocatus,
En Leo,qui vires perdidit,acer adeſt.

Obrutus ante fuit, nunc viuax vndiq; Marcus,
Nunc mare, nunc terras, aſpice, Marcus habet.
Omnes penè ſuas depulſis hoſtibus vrbes
Poßidet, Imperium iam Leo penè ſuum.
Heſperias hinc, inde acies mauorte potentes
Aſpice; Romanos robora firma Duces.
En omnes vna certant, tu ſola repugnas;
Tu Gallum latio ſola tuere leuem.
Sola mali tanti cauſa es Ferraria noſtri,
Et miſerę Heſperię ſola maligna tuæ.
Deſere Barbaricos mores Ferraria fortis,
Deſere Gallorum fœdera, rumpe fidem.
Sola potes, ſi vis, Gallum depellere, ſi vis,
Sola potes Martem pace domare ferum.
Ergo age rumpe moram, iam barbara lilia trunca,
Iamq; truci latium libera ab hoſte tuum.
Affer opem Auſonię fælix Ferraria, fælix
Per te ſi latium pace fruetur, eris.
Iulius in Latio ſolam Ferraria pacem
Optat, & æterna poße quiete frui.

De Quercu Inſigni Iulij Pontificis.

Glandibus alma ſuis natos paſcebat Auorum
  Quercus, quæ priſcis vnica victus erat,
Nondum flaua Ceres frumenti fecerat vſum,
  Quum victus glandes, antra fuere domus.
Nondum Triptolemus Cereri demiſſus in orbem,
  Mortales docuit ſemina flaua rudes.
Sola homines quercus olim nutribat inertes,
  Sola ſuos fructus fercula prima dabat.
Arbor ſola meis quercus cantanda Camænis,
  Quæ fuit, eſtq; pijs gentibus vna ſalus.
Olim glande viros pauit, nunc lege recentes,
  Nunc Chriſti iuſta claue tuetur oues.
Protulit hæc quondam fructus mortalibus aptos,
  Quæ noſtris affert nunc animabus opem.
En duo Pontifices ſacro de robore nati,
  Claudere qui cælum, qui reſerare queunt.
Querna fuit proles Sixtus, qui culmen adiuit
  Imperij, cuius ſub pede mundus erat.
Sub quo Roma potens vigili Paſtore vigebat,
  Gaudebant omnes relligione viri.

Iulius alter adeſt, ex ordine rite ſecundus;
Qui mundum facili ſub ditione tenet.
Subiacet huic humilis tellus, cœlumq; profundum,
Pontificis ſancto ſub pede cuncta iacent.
Imperium ſine fine datum, ſine tempore claui;
Quam tenet in ſancta Iulius ecce manu.
Omnis Pontifici conceſſa potentia ſummo,
Omne ſtat arbitrio iusq;, piumq; ſuo.
Cuncta facit verbo, fiat modo proferat, actum eſt,
Imperium ſummo cum Ioue Paſtor habet.
Felices, quoſcunq; cupit, quoſcunq; beatos,
Efficit, atq; ratum quicquid in orbe iubet.
Querceus innumeros viuat (rogo) Iulius annos,
Glande ſacra proprias dum bene paſcat oues.
Iulius annoſæ viuat pia ſæcla Sibyllę,
Dum peragat Chriſto, quæ peragenda, pio.
Quercea laude domus quanta extollenda Poetis?
Hiſtoricis quanta laude probanda foret?
Quæ tales generoſa domus produxit Alumnos,
Potifices, ſanctos diua propago viros.
Quercea Pontificis proles nunc inclyta Iulij,
Quercea in excelſo nunc domus alma gradu.

Vertice nunc cælum tangit, radice profundum,
Fronde Duces, Doctos glande beare poteſt.
Quercus ſerta dedit meritis virtute triumphis,
Quercea Victori grata corona duci.
Antiquis fructu pro pane Alimonia quercus,
Pro Lauro ducibus fronde decusq; fuit.
Nunc honos eximius, nunc prima inſignia mundi.
Aurea cui triplex infula iuncta ſenis.
Arbor præ cunctis multum laudabilis, arbor,
Dignaq; Doctorum quercus honore virum.
Qua ſine debile opus ligno quodcunq; paratur,
Qua ſine continuo lignea tecta ruunt.
Qua ſine non firmum, non eſt durabile, lignum,
Omnibus ex lignis robora ſola vigent.
Quernaq; perpetuum durabit gloria Iulij,
Quernaq; cum cælo fama perennis erit.

De Leone Chriſtianiſſimo Pontifice.

Coſmus erat celebri Medices de ſtirpe creatus,
Qui vere Coſmos totius orbis erat.
Fertilis, hic agri, & puri ditiſſimus auri,
Alter erat Midas, Cræſus & alter erat.
Hinc grauis, & prudens, quo non prſtantior alter,
Petrus, qui claro nomine in orbe fuit.
Clarior inde ſatus multo Laurentius, vnde
Nunc Leo, qui Decimus Paſtor ouilis adeſt.
Non habet vlterius quo tendat clara propago,
Venit ad excelſum ſtirps geneeoſa gradum.
Materia alta nimis, noſtras prouincia vires
Excedit, noſtrum debile & ingenium.
Deficiat tanto rerum molimine vates,
Cuius opus canitur, paſcua, rura, Duces.
Deficiat magni qui facta extollit Achillis,
Et Laertiaden tollit ad aſtra Ducem.
Muſa faue, maiora meis nam viribus acta,
Qua ſine te imprudens dicere conor ope.
Attamen aggrediar, quoquo res omine fiat,
Perſtrepat, & querulo pectine rauca chelis.

Auſis in magnis ſolita eſt ſatis eſſe voluntas,
Et decus authori non mediocre refert.
Eia age, venturæ ſemper (mihi crede) ſalutis
Spes, optata malo quum medicina graui,
Spes erat in tanto latij langore futuri
Auxilij, tandem deſuper ecce datum.
Ecce ſalus populi bellum crudele ferentis,
Ecce ſalus miſeræ totius Heſperiæ,
Feſtinate fugam crudelia ſemina litis,
Carpe fugam Mauors, diraq; Erinnys abi.
Anxietas, ærumna, labor, tormenta, dolores,
Supplicium gemitus, funera abite procul.
Inſidiæ, fraudes, inceſtus, ſtupra, rapinæ,
Præda, dolus, furtum, vis, ſcelus, omne malum.
Accelera, quid agis vitiorum turba, faceſſe,
Et Morinos vltra, ſauromataſq; fuge.
Non Mediceṅ patitas cæleſtia regna tenentem?
Subiecisse ſacro crimina cuncta pedi?
Nonne vides toti mundo, cœloq; medentem?
Nonne vides morbos pellere ab orbe graues?
Hic eſt, qui cunctos poterit ſedare dolores,
Qui mala cæleſti cuncta fugabit ope.

Hic eſt, qui reges poterit frenare ſuperbos,
Herculea necnon tollere monſtra manu.
Hoc ſub magnanimo pax eſt ſperanda Leone,
Hoc ſub falciferi ſęcla beata ſenis.
Hoc ſub relligio, pietas, clementia, virgo
Aſtręa, & probitas, mos, pudor, omne bonum.
Nam Leo diuinæ Medices Numa legis amator,
Męcænas doctis omnibus alter adeſt.
Palladij gaudete Chori, gaudete Poetæ,
Omnes Romani, Cecropijq́; viri.
Scriptorum quęcunq; cohors doctiſsima gaude,
Virtutis precium venit, honosq́; tuæ.
Gaude Pontificis tanti Florentia mater,
Gaude, nam fœlix facta Leone tuo.
Gaude Roma potens, gaude Paſtore ſalubri,
Exulta tandem ſoſpes ab hoſte fero.
Adriaci gaudete ſenes, gaudete Leone,
Nam Leo, qui veſtrum ſuſcitet, alter adeſt.
Nunc Venetus voti compos, nunc cuncta reſumet,
Nunc hilaris Princeps, nuncq́; Senatus erit.
Exulta Verona tuo Montana Leone,
Exulta Venetis terra ſuperba tuis.

Brixia diues opum quondam, nunc omnibus hauſta,
Lætare, amiſſas nam Leo reddet opes.
Gaude præ cunctis fælix turrita Cremona,
Pręcunctis certe terra beata locis.
Mantua quæ profugis ſtatio fidiſſima, gaude,
Gaude limoſo Mantua tuta lacu.
Gaude etiam tu, ne dubites, Ferraria gaude,
Pontifici quamuis ſemper iniqua tuo.
De te ſum dubius, quid docta Bononia dicam,
Cum duplici ſella te reſidere iuuet.
Vos aliæ gaudete vrbes, gaudete ſalute,
Quæ data per Medicen nuper vbiq; pium.
Læta ſit Italia, & totus iam gaudeat orbis,
Cum data pax mundo, vita, ſalusq; graui.
Aurea nunc ætas, bene nunc Saturnia regna,
Nam fęlix ſancto ſub duce quiſquis agit.
Omne malum pepulit, pepulit genus omne dolorum
Omnia ſub Medico ſana Leone decent.

De morte Cardinalis Argentini.

Improba mors cur tanta tibi conceſſa poteſtas?
Improba cur nihilum tam cito cuncta facis?
Inuida mors, crudelis, atrox, cur omnia perdis?
Cur rapis ad Stygios omnia noſtra lacus?
Non pudet ah Lacheſis mundi tot geſta, tot artes,
Tollere? tot iuuenes, totq́; necare viros?
Non ſatis ah Lacheſis mundo ſi lunga vetuſtas
Tempus edax ſenio perderet omne bonum?
Ante diem, tu cuncta metis, tu cuncta profanas;
Ante diem Stygias viſere cogis aquas.
Ah fera Parca nimis Florentia lilia truncas,
Nec ſinis ad fruges orta venire ſuas.
Impia cur Clotho vaſtas quę fortia? rumpis.
Integra? denigras candida? firma ruis?
Deſere, quæ longi ſub ſpe ſunt temporis, vrge,
Funditus, & ſubito, quæ carioſa, rue.
Infirmos quocunq; malo, quocunq; dolentes,
Confectos ſenio, decrepitosq́; rape.
Non puduit fortem, modo qui florente iuuenta,
Qui modo tantus erat, Parca necaſſe virum?

Quo nunq; melior, quo non ſapientior alter,
Quo nunq; toto ſanctior orbe fuit.
Cuius erit nomen viuax, & fama perennis,
Cardineum necnon ſtabit & vſq; decus.
Argentina domus Diuino Numine ſurget,
Argentina iterum tollet ad aſtra caput.
Sed caueas, quæ cuncta teris, ſæuiſsima, & inde
Abſtineas auidas mors violenta manus.
Da (precor) huic iuueni Cumæa ſæcla Sibyllæ,
Da (precor) & pylij tempora longa ſenis.
Hunc ſine Tithoni, ſi fas, ſuperare ſenectam,
Qui potis eſt functi fratris adire locum.
Qui modo Romana *ſublimis Epiſcopus vrbe,*
Qui baculo inſigni Paſtor ouilis adeſt.
Qui præſul ſacra redimitus tempora Mitra,
Qui patriæ portus, dulcis & aura ſuæ.
Cui fauſtam tribuit ſedem concordia, fœlix
Olim, diuitijs vrbsq; beata ſuis.
Fœdere concordi facta eſt concordia regum,
Diſcordi necnon diruta Marte fuit.
Diruta crudeli Marte *eſt concordia Diues,*
Funditus vnde ſolo mœnia ſtrata iacent.

Attila, Chriſticolas qui tunc bacchatus in omnes,
  Combuſſit, tanti cauſa nefanda mali.
At regio fæcunda, potens, ac vbere tellus,
  Et Cereris, Bacchi diues vbiq; ſolum.
Nullá Ceres melior, nec Bacchus gratior vſquam,
  Hac patriæ duplici dote ſuperbus ager.
Non hædi tales, vitulíq; , ſuesq;, feræq;,
  Non alijs volucrum copia tanta locis.
Vnda Forum merito celebratur fertile Iulii,
  Cum ſit tot, tantis terra beata bonis.
Tunc patriam Cæſar dilexit Iulius Almam,
  Nec mirum, varia dote opulenta fuit.
Nunc Argentinus Diuinæ legis Amator
  Poſſidet, ac nitido corde, fideq; fouet.
Qui bene Paſtor oues cognoſcit verus, alitq;
  Doctrina, exemplo, voce beatq; ſuas.
Integer Antiſtes, cuius clementia ſumma eſt,
  Iuſtitia, & pietas, ſummaq; relligio.
Gaude iam patria fælix Antiſtite tali,
  Gaude, nam portu te regit vſq; tuo.
Gaude felici fælix Concordia, gaude,
  Præſule, ſub quo fas, iusq;, piumq; viget.

Attila, Chriſticolas qui tunc bacchatus in omnes,
Combuſſit, tanti cauſa nefanda mali:
At regio fœcunda, potens, atq; vbere tellus,
Et Cereris, Bacchi diues vbiq; ſolum.
Nulla Ceres melior, nec Bacchus gratior vſquam,
Hac patriæ dapſilis dote ſuperbus ager.
Nec herbis caret, viridiq; ſiluiſq; feriſq;
Non alia volucrum copia tanta loci.
Vnde Forum merito celebratur fertile Iulij,
Cum ſit ſoli, tantis terra beata bonis.
Tunc patriam Cæſar dedit Iulius illi,
Nec minus vrbs vna ſplendida ſuit.
Nunc Argentinus Domina ſeptis auctor
Poſſidet, ac nitido cordi, ſtatq; ſuper.
Qui bene Paſtor oues ſu, inſtitit vera, ſolitq;
Doctrina, exemplo, voce beatq; ſuos.
Largus Amiſſes, rerumq; ſummaq; ſumma eſt,
Iuſtitia, & pietas, ſummaq; religio.
Gaude iam patria fœlix Auguſta tibi,
Gaude, nam pater regit vſq; tuos.
Gaude fœlici fœlix Concordia patre,
Præſule, ſub quo ſurgitq; regit.

A[illegible]

[illegible]

Si [illegible]
  [illegible]
Si [illegible]
  [illegible]
Si [illegible]
  [illegible]
[illegible]
  Quo [illegible]
Ingenium [illegible]
  [illegible]
[illegible]
  Cernit, & [illegible]
[illegible]
  [illegible]
Et tandem [illegible]
  [illegible]
Hoc tibi [illegible]
  Iam tibi [illegible]

AD PAMPHILAM
Gilberti dilectam.

SI Largita tibi faciem Venus alma decoram,
Si tibi tela, faces ipſe Cupido ſuas.
Si te facundam voluit Cyllenia proles,
Si docuit longas caſta Minerua manus.
Si te formoſam finxit natura puellam,
Non finxit, fieres inde ſuperba viris.
Inſignem, raram mundo natura creauit,
Quo cupidis eſſes gratior vna procis.
Ingenium tribuit Pallas, Cytherea decorem,
Quo decus in toto clarius orbe tuum.
Hermes eloquium, Phœbus tibi Pamphila cantum
Contulit, & dotes Dijq́;, Deæq́; ſuas.
Quo vultu inſigni, quo tu tot dotibus vna
Plus alijs faceres vrere in igne viros.
Et tandem eligeres ſociali iure maritum,
Qui pulchram faciem curet, ametq́; tuam.
Iam tibi vir placeat, placeat Glibertus amator,
Iam tibi ſancta copula vincta fide.

Ille tibi in ſanctum iam iam ſumatur amorem,
Mensq; ſit in geminis vnica corporibus.
Si ſapis, ingenuum cape iam tibi nympha maritum,
Si ſapis, eximio nube puella viro.
Quem multę egregium laudant, cupiuntq; puellæ,
Sed cunctas pro te ſpes ſua vana manet.
Quæ ſibi non talem, tantum non optet amicum?
Gilbertum quę non optet habere virum?
Si famam quęris, ſi nomina clara, genusq;,
Regalis, celeber, ſplendidus ecce uiget.
En diues, ſi quæris opes, ſi dogma, peritus,
Si ſpeciem, pulcher, verba, diſertus adit.
Nobilitas ſi nulla foret, ſi perdita honeſtas,
Si probitas, ſi mos, ſi decus, omne bonum,
Omnia Gilberto legem monſtrante redirent,
Deq; bono melius, quicquid in orbe foret.
Pone igitur faſtum, nocuit ſua forma ſuperbis,
Narciſo, & Daphne forma maligna fuit.
Forma decet mites, pietas, & gratia nymphas,
Agreſtes faſtus, impietasq; iuuat.
Elige vtrum facias, ſpeciem depone ſuperbam,
Aut cape in amplexus qui perit vſq; tuos.

Non erit indecori facinus laudabile, quando
  Dilecta, Et coniux corde recepta pio.
Iam commota pijs votis, precibusq; pudicis,
  Accipe diuino iure, fideq; virum.
Gilberto, cui ſola places, cui ſola probaris,
  Principium flammæ Pamphila finis eris.

IOANNIS BAPTISTAE Bracteoli ad Gregorium Oldouinum Sacerdotem Optimum, atq; Doctiß. Epiſtola Cal. Ianuarij exarata. M D XLIIII.

COMPATER vnanimeis inter numerande ſodales,
Quos Phebus ſancto iunxit amore mihi.
Compater egregios inter celebrande Poætas,
Quos vetus, atq; recens fama ſub aſtra tuli.
Docta voluptatem nobis tua Epiſtola miram
Attulit, & gratum valde Epigramma fuit.
Vtpote queis in nos ſummum teſtatus amorem,
Ob gemina, alitibus pignara nata bonis.
Seruatamq; tuis precibus, votisq; parentem,
Incolumem, læta gaudia mente gerens.
Iunoni meritum Lucinæ reddis honorem,
Suſpendisq; ſacro debita dona Tholo.
Vtq; tuas melius modulanda ad carmina vires
Oſtendas, & opes gratus Apollineas.

Matris prole dolens necta morientis abortum
Cum lachrymis gemitus, triſticiamq; cies.
Ergo exemplorum tanto diſcrimine factum,
Quod cupis expreſſum ter, quater eſſe mihi.
Vt prius ereptam cernens cum matre puellam,
Ardua quam natum ferret ad aſtra caput.
Munera muneribus poſt addita mille tricentis,
Pluraq; ꝙ fragilis lingua referre queat.
Donatus geminis maiores auſpice Chriſto
Grates, & ſancta Virgine gratus agam.
Siquis ope eſt hominis locuples de paupere factus,
Quæ non Authori præmia reddit opum?
Gratus in officio vigilans cum coniuge, natis,
Deniq; cum tota ſtat ſine fine domo.
Et bene promerito de ſe facit omnia lętus,
Arguat vt varijs pectora grata modis.
Iure quidem argento, gemmis ditatus, & auro,
Munifico talem ſe probat eſſe viro.
Aſt ego qui pręter fortunæ munera, præter
Corporis, atq; animi vel mediocre decus.
Adiectas maribus binas poſt quinq; puellas,
Diuina Geminis ſum pater auctus ope.

Et geminis ęque ſanis, elegantibus æque,
Et quos dijs caros ſpes ſore certa mihi.
Quas igitur tanto ſoluam pro munere grates?
Quæ domino referam præmia digna meo?
Si par nulla patri, par gratia nulla magiſtro
Redditur, vt clari vox ſapientis ait.
Gratia cælitibus tanto minus vlla refertur,
Quanto mortaleis anteit ipſe Deus.
Quid? quòt Pſalmographo ſuperi teſtante recuſant,
Cum vitulis hircos, & gregis omne genus.
Nam ſua cum totis errent animalia terris,
Et ſua nauifragi quæ maris vnda parit.
Maximus a nobis laudes expoſcit, & hymnos,
Placariq́; cupit per pia ſacra Deus.
Has igitur laudes, hęc Thurea dona Redemptor,
Hos precioſe tibi Chriſte ſacrabo modos.
Te miſera humani generis natura coegit
Delabi excelſa patris ab arce tui.
Et quem nulla Deum lati plaga continet orbis,
Virgineo factum ventre hominem recipi.
Nec ſatis, vt toti tua ſit clementia mundo
Notior, atq; tuus nos magis vrat amor.

Vt nos infandi deceptos fraude Draconis,
Illius è ſæuis faucibus eriperes,
Inſons, inq́; nocens voluiſti affixus in alto
Stipite crudelis fata ſubire crucis.
Inde ſoluturus priſcos de carcere patres,
Infernos Stygij Regis adire lacus.
Hinc victor rediens, ſpolijsq́; ornatus opimis,
Ad dextrum reſides patre iubente latus.
Tu prius excluſis noſtrorum labe Parentum,
Ad tua ſecurum limina pandis iter.
Idem fortunas hominum miſeratus iniquas,
Optato afflictis tempore rebus ades.
In patrium per te iactatus in æquore portum
Peruenit, & partas nauita ſeruat opes.
Te maleſuada fames, peſtis, te Lerna malorum
Prælia, te letum præcipiente fugit.
Subſidium preßis, ſolatia triſtibus affers,
Omnibus optatam rite vocatus opem.
Sed prius aſtrigeri numerabo ſydera cœli,
Et folia Autumni tempore lapſa feram.
Et potius meßis libycæ complectar ariſtas,
Quàm tua in humanum munera Chriſte genus.

Sydera quot cœlũ, quot hɛbet maris æquor harenas,
Angelicumq́; ſonent ferrea verba melos.
Non tamen aſtricto valeam, non ore ſoluto,
Exprimere, aut animi vi reputare mei.
Nãq; malis, ſupera vitijsq́; ex arce fugatis,
Quam Dens altitonans Trinus & vnus habet.
Virttutum ętbereas retinent genera omnia ſedes,
Omnia præſenti numinis igne calent.
Relligio in primis, pietas, ſapientia, ſummus
In Dominum, inter ſe mutuus ardet amor.
Iuſtitia accedit, probitas, humilis, miſeransq́;
Virtus, Pax, requies, & ſine nocte dies.
Hæ ſimul, & plures aliæ vario ordine pendent
Virtutes Domini ſemper ab ore ſui.
Illum ſuſpiciunt humiles, mirantur, adorant,
Exultant illo ſæcula cuncta frui.
Quę ratio, quis honor, quęnam pręſtantia, quæ ſors?
Quod maius tanta conditione decus?
Gloria magna Duci, maior placuiſſe tyranno,
Sed ſummo longe maxima Pontifici.
At quanto Angelicas interflorere cohortes?
Et facie ad faciem cernere poſſe Deum?

Illius aſpectu, radijſq; micantibus vti,
Cumq; illo Nectar ſumere, & Ambroſiam.
Quanto laus maior, quanto præſtantia, quanto
Pignus amicitiæ maius, honorq; venit.
Quippe caduca bonis hominum collata ſupernis,
Vilia ſunt, obolo nec facienda mihi.
Salue igitur Pater omnipotens, Fili vnice ſalue,
Salue etiam ſanctum Pneuma ab vtroq; fluens.
Salue, queq; tuis tribuiſti munera ſeruis,
Augeat, & ſeruet gratia vbiq; tua.
Vt ſimul exangues anima ſecluſeris artus,
Et breuis attigerit triſte cadauer humus,
Parte animi in cælum vecti meliore fruamur.
Sermone, aſpectu, delitijſq; tuis.
Et cum ſpiritibus ſæclorum in ſecula ſanctis,
Cantemus laudes voce, lyraq; tuas.
Interea per te ſupera dum veſcimur aura,
De ſummo aſpirans vertice pelle mala.
Tu mala Chriſte animi, mala corporis omnia pelle,
Quæ lædunt homines, inficiuntq; bonos.
Da (rogo) quæ nobis bona proſpicis eſſe futura,
Sic patris, atq; tuum conſtet vbiq; decus.

Hęc nūnc incultis Deus optime, maxime verbis,
Plura animo referam tempus in omne tibi.
Sed nihil omnia erunt, quoniam perſoluere dignas
Numinibus grates non opis eſt hominis.
Quo mihi plura igitur data sũt, mihi plura dabũtur,
Hoc debebo ſciens plura volensq́; tibi.
Nunc ad te rediens animi pars maxima noſtri;
Hæc quoq; pollicitis Compater addo meis.
Commatrem exactis mecum tibi plura daturam,
Si celer ad noſtrum veneris hoſpitium.
Vt tua Chiciolę, Nardinaq; iuncta Lupatæ,
Additaq́; Adriacæ plurima ſæpe fides.
Ergo accepturi ſaliaris fercula menſę,
Et quæ de roſeo pocula monte fluunt.
Aduentatę omnes, vel tu ſolatia ſaltem,
Nardus & acceleret dulcia ferre meus.

IO. BAPTISTAE BRACTEOLI
Elegia ad Gregorium Oldouinum Compatrem Cariſſ.

COMPATER *Vnanimeis inter mihi prime ſodales,*
Inter & Aonios gloria magna Choros.
Legimus ad binos dictata Epigrammata fratres,
Quæq; ferunt noſtram ſydera ad alta domum.
Cuncta incredibili priſcos grauitate latinos,
Cecropios referunt cuncta lepore ſales.
Sed quę de latebris ceſſantem exire Lupatum,
Acteiq; iubent pandere verba ſenis,
Doctrina, eloquio præcellere, & arte videntur,
Syllaba ſi læſum corrigat vna melos.
In quo ſi tenueis iacto ſuccumbit in auras,
Cædit ſubijcias, non leue carmen erit.
Quod ſtructas muris gratare ingentibus ædes;
Neq; ſub his ſtabili rere quiete frui.
Veridici agnoſco mirum Compatris amorem,
Agnoſco in noſtras omnia fauſta vices.
Quoq; animus talis iucundior, hoc ego grates
Maiores grato pectore gratus ago.

Quamq; cupis requiem patrijs in finibus, opto
Fœlici ęternum cædere ſorte tibi.
At ſi colluſtres, qua Sol oriturq;, caditq;,
Obliquoq; alias qua ferit enſe plagas,
Nulla pio vati Veneta ſecurior vrbe,
Facundo melior patria nulla viro.
Iſtic grammatici diteſcunt, Rhetoras iſtic
Euchit ad ſummum candida vita Decus.
Coccius exemplo, Raphael, Egnatius ille,
Quo nihil in toto clarius orbe viget.
Compluresq; alij, quorum qui ſingula dicat
Nomina, ſyderei dixerit aſtra poli.
Dixerit Ionium quot continet ęquor arenas,
Quot folia Autumni frigore lapſa cadunt.
Nobilibus nam fœta viris, ſanctoq; Senatu,
Vrbs Veneta & tumidi gurgite tuta maris,
Plures quàm grauida proceres equus edidit aluo
Troius, Imperij munus ad omne bonos.
Quos ceu cunctarum diuina ſcientia rerum,
Extollens Superis arguit eſſe pares.
Sic manus in ſacros oſtendit larga Poætas,
Hetruſco nulla cedere parte duci.

Sed quo quiſq; Tagi, Pactoli, ſplendet & hermi,
Perſarumq; opibus ditior, atq; Phrygum.
Hoc maiorę nouem Muſas amplexus amore,
Imperat Aonios altius ire Choros.
Hinc Euangelicæ veteri cum dogmate legis
Interpres magno dignus honore meret.
Conditor hiſtoriæ, variją; poęmatis author,
Quod cupit, in Veneta comparat vrbe lucrum.
Quid bonus orator? medicus? iuriſq; peritus?
Quid faber in quauis ſedulus arte facit?
Ære repente domos, argento complet, & auro,
Et Cræſo efficitur ditior, atq; Mida.
Nec varias libyco qui cogit ab æquorę merces,
Fruſtra operam longo tempore perdit inops.
Sed citò marmoreis centum ſubnixa columnis,
Ex humili locuples atria ſede facit.
Quid moror vlterius? Veneta nemo vtitur vrbe,
Vtitur arbitrio Natio quæq; ſuo.
Cui non pręſidium, cui non decus afferat amplum?
Quem non attalica ſorte ſub aſtra vehat?
Teſtis ad hæc inopum vicos collecta per omnes,
Inq; pias ingens turbą recepta domos.

Omnis vbi ad vitæ rationem ſuppetit vſus,
Veſtitus, ſolium, menſa, cubile, focus.
Deniq; ciuileis referet quæ regula mores,
Queq; ſit excelſo victima grata Deo.
Millibus innumeris inopum cum publica largis
Sumptibus Adriaci dent alimenta patres.
Dent infinitis habitandam gentibus vrbem,
Et patriam iubeant omnibus eſſe ſuam.
Tu pius, & prudens, linguaq; peritus vtraq;,
Vrbe tibi in tanta deeſſe verere locum?
Non velit hoc Nemeſis, nec iniqui Syrius Aſtri,
Non hoc Saturni Stella ſiniſtra ferat.
Sed quanto vberior, Venetæ meliorq; iuuentæ
Theſauros aperis doctor Apollineos.
Nunc per eam Cynthi ducens iuga, nunc per hymeti,
Sæpius Aonio mergier amne iubens.
Tanto maior honos, maioraq; pręmia, maior
Debetur ſedes, nobiliorq; tibi.
Si mercator enim paucis ſibi mercibus amplum
Cenſum, & magna breui tempore lucra facit.
Si pro ſuſcepto feſſus cum remige naulum,
Non modicum audacter nauta labore petit,

Ars ſua ſi fabris cum victu præſtat amictum,
Et ſuus agricolis fert alimenta labor.
Si ſummas rerum Medicus contingit habenas,
Conſulis & rector ſceptra, viceſq; gerit,
Deniq; ſi quod opus patrant iuueneſq;, ſeneſq;,
Quodq; miniſterium ſexus vterq; ſubit.
Omnibus ad vitę rationem impendit honeſtæ,
Commoda, & ingentes ſæpe miniſtrat opes.
Vni Gregorio niuea qui in veſte ſacerdos
Eminet, & claro nomine Grammaticus.
Vni inquam præter ius, & fas, illa negetur
Gratia? quæ minimo cedere cuiq; ſolet?
Vt pax, vt requies, vt amata pecunia deſit,
Qua ſis conductę liber ab ære domus.
Non tamen a Veneta migrandum protinus vrbe,
Tuta nec eſt ſtatio deſtituenda tibi.
Nam bene ſi cunctas Aſię lachrymabilis vrbes,
Europæ cunctas proſpicis, ac Libyę,
Conferri Adriacæ quę poſſit nulla potenti
Nedum pręferri digna ſuperſtes erit.
Iſtic immenſis ſubnixæ molibus ędes,
Altaq; cum vacuis atria porticibus.

Et quę

Et quæ ſuſpiciat miranda palatia Memphis,
Mænibus & Babylon præferat ipſa ſuis.
Tum ſolido paſsim ſurgentia marmore templa.
In Veneta pietas quanta ſit vrbe, probant.
Quantũ eboris, quantũ argenti, quantũ ęris, & auri?
Quantum gemmarum diuite in vrbe nitet?
Quantum non Arabes, non Africa tota, nec Indi,
Quantum Mygdonij non habuere Duces.
Mitto artes, variasq́; manus, operumq́; colores,
Quæ decorant miris templa, domosq́; modis,
Quicquid enim fuluo quondam Lyſippus in auro,
Pyrgoteles gemmis finxit, in ære Myron,
Et quæ Parrhaſius, Zeuſis, Bellinus, Apelles
Pinxit, honorificis ſtant ſimulachra Tholis.
Mitto tot, & quales fundantur ad ęthera cantus,
Qualibus, & quantis ferueat ara ſonis.
Non modo quum feſtis peraguntur feſta diebus,
Sed quoties recipit fasq́;, piumq́; Deus,
Angelicis reſonat tellus, Mare vocibus, aer
Et ſtupet aſtrigeri Regia celsa poli.
Vnde voluptatis cumulus pia pectora maior,
Maior chriſticolum corda replebat amor.

N

Dum tuus Adriaco ſocius ſplendore fruebar,
Nec malus in tanta luce magiſter eram.
Maior honos ſuperum, reuerentia maior agebat
E terris animas ſydera ad alta pias.
Multaq; pretereo fortunæ dona benignę,
Magnificis ſuperant congrua principibus,
Regia ſeu Petri mirere palatia Landi,
Seu quę priuatus tegmina Ciuis habet,
Attamen his longe plura, ac maiora ſuperſunt,
Quæ moueant animum, detineantq; tuum.
Patricij imprimis decorant pulcherrima vultus
Corpora, & heroa lumina fronte micant.
Lati humeri, inceſſusq; graues, & purpura reges
Arguit, & lęto rarus in ore decor.
Vnde quod occurrunt venientibus vndiq; Ciues,
Tot genitos magis regibus eſſe putes.
Iſtic & leges, & ius dominatur vtrunq;
Magnus & Aſtrææ cultus, honorq; Deæ.
Hac hortante ſuum trutina ius omnibus ęqua
Ciuibus, & vasijs redditur hoſpitibus.
Hac Duce coniunctos animis concordia Patres

Patribus, & populi obnoxia corda tenet.
Perſpecta accedit grauibus ſententia verbis,
Solaq́; ,quæ miris comprobat acta modis.
Cum ſenibus iuuenes, ſexumq́; exornat vtrunq́;,
Hęc Dea ceu niueo vellere tecta fides,
Quid quæ ſydereas habitat clementia ſedes,
Et Iouis exemplo mitia tela gerit.
Hæc monet extincta veniam dare ſontibus ira,
Deq́; illis nullum ſumere ſupplicium.
Sed quo quiſq; alios opibus, ſeu corpore præſtat.
Siue boni egregijs dotibus ingenij.
Hoc animo offenſas patiente benignius omnes
Suſtinet, & nihili iurgia, vimq́; facit.
Cumq́; alijs aliæ præſtent virtutibus vrbes,
Corporis hęc melior, dotibus illa animi,
Imperio cunctis præſtantior vrbibus vna
Adriaca, æquoreis condita fulget aquis.
Deniq́; ſiqua alios præclara inſignia gentes
Alta ſub eximijs laudibus aſtra ferunt,
Imprimis Venetos tollunt decora omnia Patres,
Tollunt Heroas, Semideosq́; *Duces.*

Vrbs hæc Heroum *Genitrix, ita in omnibus ardet,*
Vt nulla in toto ſanctior orbe queat.
Vrbs honor, Vrbs Chriſti *cultus, veneratio* Diuum *,*
Confugium, ſtatio, portus, & aura virum.

DE FRAGILI AC ERVMNOSA Hominum vita.

A H furtum inuiſum, furtum crudele Promethei
Vnde tot, & tantis obruta vita malis.
A H ſcelus indignum, facinus miſerabile mundo,
Quo mors obſcura nos rapit atra manu.
Non ſatis ah fatum ſenio concludere vitam?
Non ſatis hoc tandem nos ſemel orbe mori?
Heu quoties morimur, quoties peſſundamur ægri,
Heu quoties grauior morbida vita nece.
Non hęc vita quidem, ſed mors miſerabilis heu heu,
Erumnis quantis anxia continuis.
En capitis, ſtomachiq́; dolor, manuumq́;, pedumq́;,
En inteſtini tormina ſæua mali.
En febris, phthiſisq́;, lues, contagia, peſtis,
Continuæ ſpecies mortis, & acre genus.
Morborum taceo grauium, grauiumq́; laborum
Nomina, quæ furto mille relata graui.
Vita hominum fœlix, ſi tantis libera morbis,
Fælix ſi nullis vita ſubacta malis.

Fœlix, fauſta quidem, fauſta eſt ſi vita dolorum
  Expers, ſi ſoſpes, viuida, læta foret.
Heu miſera, infœlix, cunctis ſubiecta periclis,
  Sublata excidijs nocte, dieq; ſuis.
Heu male quam fortuna rotat mortalia, verſat,
  Diruit, & ſubito maxima quæq; terit.
Non eadem fortuna ſinit perſiſtere, mutat,
  Transfert, en iuuenis, qui puer, enq; ſenex.
En gemit in luctu. modo qui ridebat, & angit,
  En iacet in lecto, qui modo curſor erat.
Debilis ex forti, pauper de Diuite, curuus
  Ex recto, tremulus, ſemianimisq; perit.
Ex pulchro informis, niger en, ac putridus, expers
  Vitæ, funereo mortuus en feretro.
Quatuor elatus tegitur ſub marmore, tandem
  Extremum fletur, cuilibet inde vale.
Linquitur occluſus, cunctis deſpectus Amicis,
  Linquitur innumeris vermibus eſca feris.
Diſsimilis rumor paucis vagus vrbe diebus,
  Vnde bonum paſsim murmur, & vnde malum.
Fama breui, ſubitoq; volat vulgata per vrbem,
  De fato procerum Pontificumq; truci.

Deq; viri ſermo eſt obitu ſapientis, & æqui
Principis, & Regis mentio ſæpe pij.
Tum iacet oblitus, ſapiensq;, inglorius omnis.
De quo vix nomen, vixq; ſuperſtes odor.
Vita quidem bulla eſt, necnon ſpirabilis vmbra,
Continue fugiens, ac moribunda volans.
Inſtabilis natura (vide) variabilis ecce,
Humanum fragile eſt, ſi quod in orbe bonum,
Heu quidnam tandem noſtro de corpore? quære,
Inuenies, veterum nil ſupereſſe virum.
Geſta Ducum (fateor) laudes, & nomina Regum
Perſtant. & meritis parta Trophæa ſuis.
Immortale decus ſolum, ſed putre cadauer.
Tempus, Sarcophagi deniq; & oſſa terunt.
Heu miſerum mortale genus, mortale, caducum,
Inſtabile, infractum, puluis, & vmbra, nihil.
O durum, prauumq; genus, crudele, ſuperbum.
Finem cerne tuum, qui ſemel orbe, ferum.
Cerne modum, facinusq; tuum, quod inane pererras,
Cerne modum, faſtum cerne ſuperbe tuum.
Quid tibi nam faſtus? quid tanta ſuperbia demens?
Quid miſeros temnis, qui miſer vſq;, viros?

Cur non infœlix veteres dignaris amicos?
Cur non antiquum dulce ſodalitium?
Flecte caput vanum, ceruicem flecte ſuperbam,
Pone miſer faſtum, pone ſupercilium.
Quid tibi diuitiæ? quid tanta opulentia diues?
Quid tibi Theſaurus? quid tibi Plutus iners?
Non aurum, gemmæ, nec non argentea vaſa,
Nec non tantarum grandis aceruus opum.
Cuncta velis, noliſq́; manent aliena, ſaluti
Conſule da Chriſto qualiacunq; pio.
Sparge inopi Diues, quid agis? quid auare moraris?
Sparge tuas ægris, dum potes æger, opes.
Sparge fruens (moneo) propera, nec differ in horas,
Sparge ſenex tandem, quæ nocitura tenes.
Sparge tibi quodcunq; bonum, quodcunq; ſalubre,
Sparge libens animæ diues amore tuæ.
Eluo quid proſunt vario condita ſapore
Fercula? tot, tantæ dic (rogo) quid ue dapes?
Quid dubię cœnæ? quid nam ſaliaria demum
Prandia? quid ue tibi Nectar, & Ambroſia?
Regales epulæ, tot, tanta cibaria ventrem
Inflant, vnde manus, vnde pedeſq́; tument.

En chyragram, podagramq́; doles, clamasq́; guloſe,
Vincte manus tumidas, vincte guloſe pedes.
Linque cibos, potusq́; bonos, Bellaria linque
Optima, ſunt morbi peßima cauſa mali.
Quid tua leno venus? tua quid tam fœda voluptas?
Quid demum effæto dira libido ſeni?
Non tibi triſtitiæ Leno mala gaudia ſummæ?
Non ne dolor, Veneris non Metanæa tuæ?
Dedecus hæc quando? quando tibi turpis egeſtas?
Corporis infirmi cauſa maligna tui?
Dic (rogo) deliciæ, Veneres, ioca; gaudia, Amores,
Non tibi plus Aloes, quàm tibi mellis habent?
Dic mala quot paßus leno, quot probra, minasq́;,
Verbera quot, plagas, fractaq́; membra refers.
Delicias Veneris, mollesq́; Cupidinis arcus
Deſere, luxuriem deſere Leno tuam.
Linque viam veterem, greßum iam carpe ſalutis,
Conſule iam vitæ, deſpice mortis opus.
Inuide cur macer es? cur triſtis rebus opimis?
Cur ue doles? ploras? rumperis inuidia?
Cur hilaris triſti? cur lęto mæſtus? habenti
Fles? inopi rides ſemper inique viro?

Diſsimiles, variaſq; vices, quas inuide monſtras,
Quis non in uſas damnet vbiq; tuas?
Te miſerum natura tulit, fortuna malignum,
Infauſtum liuor, ridiculumq; virum.
Ira quid inſanis? quid nam baccharis habenæ
Expers? effrenis, indiga conſilij?
Ira furis maleſana, truci poſſeſſa Megera,
Concita Dæmonijs, atq; agitata feris.
Ira graues auſus, animos compeſce feroces,
Intrepidos aditus, difficileſq; vias.
Ira tuam bilem fatuam, fatuumq; furorem
Comprime, mentis inops, ſana, quieta redi.
Quid tibi ſegnis, iners, quid deſidioſe moraris?
Quid piger omne tuum tempus inane teris?
Deſidiam ſcelerum cauſam, cauſamq; malorum.
Ocia, ſegnitiem tabificamq; fuge.
Corporis, ac animæ ſola eſt deſtructio, mundi
Exitium necnon ſola, ruina virum.
Deficit ars, & opus, toto quod cernitur orbe,
Deficit ignauo quicquid vbiq; viro.
Deficit officium, pietas, clementia candor,
Deficit & cultus, veraq; relligio.

Deficit ingenium, virtus, doctrina, ſophosq́;,
Omne decus ſegni deficit, omne bonum.
Segnitie quodcunq; leues vaneſcit in auras,
Segnitie in nihilum quicquid in orbe ruit.
Omne ſcelus, facinusq́; ſubit diuinitus orbi,
Omne ſubit vitium, ſubſequiturq́; malum.
Multiplices morbi, diſcrimina mille, labores,
Erumnæ, febres, morsq́; inopina viris.
Hæc Protoplaſti pomo, furtoq́; Promethei,
Iſta tot, & tanta fuſa fuere mala.
Heu pomo, heu furto quænam mortalibus ægris?
Heu ſenium, phthiſis, mors, caro, buſta, cinis.
Attamen exurgent demum mortalia. viuent
Corpora, chriſticolę credite vera pij.
Credite mortales veſtra virtute perennem
Vitam, perpetuam credite gens animam.
Immortalis enim, fœlix coniuncta beatis
Spiritibus, Chriſto ſemper amata pio.
Chriſtus amor, pietas Chriſtus ſeruatio Mundi,
Chriſtus vera fides, ſpes rata, firma ſalus.
Viue igitur, dum fata ſinunt, lętare, fidemq́;
ſemper habe ſpera crede, operare, vola.

IN IVVENTVTEM DEVIAM, *prauam, lociſq́; ſacris laſciuientem.*

HINC *laſciua, ſalax, leuis hinc diſcede iuuentus,*
Exi, nam Pallas, non Venus hic habitat.
Non Venus hæc, nõ Bacchus, nõ hęc (cerne) Cupido,
Iuppiter, en Hermes, en loca Phebus habent.
En ſacrata Ioui, Phæbo, ſacrata Mineruę,
Eſte procul ſacris turba profana locis.
Non bene conueniunt facinus crudele, piumq́;,
Non bene (crede) ſimul faſq́;, nefaſq́; manent.
Non vitio virtus, Sophiæ dementia concors,
Concors non hilari triſte, malũq́; bono.
Ignis aquæ nunq̃, nunq̃ nox miſta diei,
Miſta ſalus ægro, miſtaq́; vita neci.
Diſcors arte Venus caſtę laſciua Mineruę,
Diſcors & Baccho doctus Apollo rudi.
Gens ignara boni, Sophiæ, virtutis, honeſti,
Omne ſcelus, vitium conficis, omne malum.
Quid non vis Bacchum, Venerem, natumq́; ſecuta?
Quid non mentis inops, praua maligna facis?

Improba non epulas, potus, ſolatia, cantus?
Non Choreas, ſaltus, ſcommata, probra colis?
Chrimata non ſagax, non ſolers charmata quæris?
Gaudia, non riſus, non ioca, feſta, ſales?
Non fugis ah demens ſtudium? non dogma, decorū?
Virtutem, Sophiam, non decus omne fugis?
Ah miſera, infælix, quæ tanta inſania mentem
Diſtrahit? ingenium, corq́;, animumq́; tuum?
Sola Venus cordi eſt, cordi eſt tibi ſola voluptas,
Cura gulę, Veneris, ſolus amorq́; tui.
Nulla loci ratio, perſonę, temporis, æqui,
Officij, nullus relligionis honor.
Nulla fides, pietas, cultus, veneratio nulla,
Nulla tibi virtus, Dogma, Sophosq́; leui.
Deuia deliras prorſus (mihi crede) Iuuentus,
Falleris, & laterem nocte, dieq́; lauas,
Cum vaga ſis, ſpatieris iners, inſana, procaxq́;,
Perdita luxurijs, perdita delitijs.
Heu iactura grauis, damnum, dolor vnde perennis,
Supplicium æternum, ni Metanæa tibi,
Ni redeas, dextramq́; viam virtutis, honeſti,
Iuſtitiæ, Sophię, relligionis eas.

Heu nemo eſt, qui dexter eat, ſed quiſq; ſiniſter,
Omnis nam Venerem, Pallada nemo colit.
Heu nemo eſt, quẽ Phœbus amet, quẽ Iuppiter æquus
Diligat, aut virtus feruida ad aſtra vehat.
Tanti cauſa mali, mollis ſublatio matris,
Cauſa ſimul Nutrix, ebria, vana, leuis,
Tanti cauſa mali, tanta indulgentia patrum,
Mollities, potus, Crapula, ſomnus, amor.
Segnities, langor, ludus, laſciuia, luxus,
Delitiæ, illecebræ, blanditię, Veneres.
Tanti cauſa mali ruditas, hebetatio ſenſus,
Pinguis, & ingenij cauſa proterua feri.
Prodiga mens, animusq; vagus, peruerſa voluntas,
Quæ meliora probat, deteriora facit.
Hinc tua prima lues, peſtis tua primæ iuuentus,
Prima animi labes, prima ruina tui.
Hinc tua perditio cordis, deſtructio mentis;
Virtutis, moris, dogmatis, ingenij.
Hæc nam virtuti, Sophiæ contraria pugnant.
Hęc animos, mentes, corda ſepulta tenent.
Quo ſemel eſt inſtructa recens humana propago,
Continuum ſeruat, perpetuumq; facit.

Quod Brutis, auibusq́; dedit natura virisq́;,
Senſibus, ingenijs ſemper ineſſe ratum eſt,
Quod vero ſydus, quod fatum, tresq́; ſorores,
Id firmum ſtabile eſt, idq́; perenne manet.
Si mutare licet, ſi fas, mutatio dextræ eſt
Excelſi, cuius cuncta volentis eunt.
Non facile eſt habitum, morem mutare malignum,
Non facile eſt iuueni nolo, voloq́; ſimul.
Attamen ingenitum cuiq́; eſt mutare volenti
Propoſitum, muta velle, nouaq́; tuum.
Quid ſtas? quid differs iam iam mutare iuuentus?
Exue iam veterem, confice iamq́; nouam.
Iam mutata redi, noua iam conuertere, greſſum
Ad biuium propera, dirige, tende tuum.
Ad biuium redeas iterum (mihi crede) neceſſe eſt,
Vnde ſalus cunctis, vnde ruina viris.
In biuio mors, vita iacent, cuicunq́; ſalus eſt,
Perditio eſt, geminis vtraq́; prompta vijs.
Dextera nam virtus, vitium leua, hæc necis, illa
Vitæ, arcta eſt dextra, lata ſiniſtra (vide.)
Arctam carpe viam, latam iam deſere, dextrum
Iam callem, curſum vade, teneq́; nouum.

Hanc age perge viam, ſit quamuis ardua, quamuis
Difficilis, quamuis ſit ſalebroſa ſitu.
Perfer, vince leui duros ſudore labores,
Perfer, non rigidum, nec graue ſemper iter.
Eia age ne dubita varias ſuperare iuuentus
Erumnas, potis es vincere, vince ferox.
En ſuperanda tibi carnis certamina, mundi,
Plutonis necnon prælia ſæua mali.
Ne timeas congreſſa trucem committere pugnam,
Hoſtem iam triplicem percute, iamq; feri.
Iam cruce Plutonem, contemptu vincito mundum,
Iamq; fame carnem vince, domaq; tuam.
Diuitias, aurum, gemmas iam deſpice, ſummum
Imperium mundi iam nihil eſſe puta.
Sperne voluptates, choreas, ſolatia, luxus,
Vana, iocos ride, Seria ſola tene.
Temne ſcelus, vitium, virtutem collige, ramum
Auricomum reperi, ſume ſalubre bonum.
Deſpice iam Bacchum, Phœbum venerare, Iouemq;,
Deſpice iam Venerem, Pallada iamq; cole,
Deprime iam Ditem, iam Chriſtum ſuſcipe fortem,
Qui palmam, ſpolium, quiq; Trophæa dabit.

Athletæ,

Athletæ, pugili valido diadema, coronam,
Cui Dæmon, mundus, cui caro victa fuit.
Chriſtus enim, robur, virtus, victoria viuis,
Defunctis requies, gloria, vita, ſalus.
Confugium, ſtatio, portus, tutamen, Aſylum,
Gratia, ſolamen pax, decus, omne bonum.
Omnibus hic ſolus ſatis eſt, ſatis, ac ſuper, vnde eſt
Dulce quidem Chriſto viuere, dulce mori.
Si ſapis, hunc animo ſupplex complectere ſolum,
Solum audi, pare, concine, ſemper ama.
Obſequere, obſerua, ſerui, cole, ſemper adora,
Semper ades meriti grata, memorq́; pij.
Nam ſua mors tua vita fuit, ſeruatio mundi,
Vnde tibi fælix, vnde beata ſalus.
Te monui, docuiq́;, viam, quæ cauſa ſalutis,
Oſtendiq́; tuę perditionis iter.
Nunc hortor, moneo, Latij, graiq́; peritis
Dogmatis, & linguæ ſemper adeſſe viris;
Adſis grata cohors, adſis ſtudioſa iuuentus,
Adſis doctrinæ nocte, dieq́; ſuæ.
Eloquium mirare ſuum, mirare leporem,
Virtutem, ingenium, dogma, sophosq́; ſimul.

Adſis virtuti, Sophiæ, Sapientia nanq;
Sola ſalus, virtus, ſola perenne bonum,
Turba vigens accinge viæ, paſſusq;, gradusq;
Grandi, feſtina, tempore vade, veni.
Ocia, ſegnitiem, ſomnum iam diſcute, librum
Carpe manu, verſus iam meditare tuos.
Tempus inane fugit, legitur non omnibus horis,
Commoditas ſtudij non datur vſq; tui.
Peruigil, & velox pro tempore, præpes & omnem
Tolle moram, calles curre, volaq; vias.
Aduerſum quodcunq; tenet, quodcunq; moratur
Diſijce, rumpe manu, vel pede, calce preme.
Iam bene ſana malum, vitium, ſcelus omne iuuentus
Comprime, nequitiam, mollitiamq; tuam.
Delitias, Luxus, Epulas, Bellaria, potus,
Totq; Gulæ, ventris commoda tanta tui.
Iamq; ſales, riſusq; moue, fuge liber amores,
Sirenas, Veneres, gaudia falſa, tuas.
Tolle pilas, luſusq; alios, cantusq;, ſonosq;,
Pone Chelin, Cornu, Tympana, plectra, Lyras.
Hæc nam decipiunt, hebetant, perduntq; iuuentam,
Præcipitem barathro dantq;, ruuntq; rudem.

Diſce igitur, ſtudiumq́; frequens molire ſeuerum,
Doctrinam, morem, iusq́;, piumq́; cape.
Virtutem, Sophiam ſolers nanciſcere, ſolers
Ac animi, cordis dogma ſalubre tui.
Dogma graues, virtusq́; pios, ſapientia fauſtos
Efficit, & fauſtis fert bona cuncta viris.
Adſis ergo grauis, pia ſis, ſis fauſta iuuentus,
Audi, diſce, iene, iamq́; beare. Vale.

AD ZACHARIAM DELPHINVM *de humili ac exiguo Monte in Pont. Maximum Electo.*

MONS humilis Montes inter Delphine ſupernos,
Altior en cunctis montibus aſtra ferit.
Mons en exiguus quondam, nunc maximus extat,
Apparet, toto cernitur orbe. Vide.
Mons en, qui collis, Atlas, en factus Olympus,
Irradians Solis vertice vtranq; domum.
Mons humeris cœlum geſtat cœlumq; tuetur,
Mons claudit, reſerat, quicquid vbiq; lubet.
Mons Deus in terris, Deus eſt, Deus omnia calcat,
Omnia ſub ſancto Mons pede (cerne) tenet.
Non hoc ambitio, liuor, non dira cupido,
Sed Numen tantum tale peregit opus.
Conſuluit nobis tandem mortalibus ægris,
Conſuluit, patrem cum tulit orbe pium.
Clauiger ethereus triplici Diademate comptus,
Tempora, ter fęlix, terq; beatus adit.
En Mons, en Sapiens Diuinę legis, & æqui,
Officij, cultus, relligionis amans.

En Mons Chriſticolum fædus, concordia Regum,
Vnio, pax populi grata, quieſq; pij.
En vigil, en ſolers maleſani Paſtor ouilis,
En pecus in Chriſto paſcit vbiq; ſuum.
Mons hinc, inde ferax, Mons vber, diues, abundans,
Frugifer, vnde ęgro paſcua ſana gregi.
Ad Montem molire viam, quicunq; ſalutem
Optas, feſtina, curre, volaq; fide.
Vndiq; multiplices Romam properate fideles
Chriſticolæ, ſaluos Mons cupit eſſe ſuos.
Nunc annus veniæ, nunc acceptabile tempus,
Alma dies, cunctis hora ſalutis adeſt.
Martia Roma tuis olim cantata triumphis,
Nunc Chriſti meritis Roma beata pijs.
Gaude Roma tuo gaude Paſtore ſalubri,
Gaude, triſtitiæ non ſit in vrbe locus.
Mons tibi lætitia eſt, tibi Mons ſolamina paſſim,
Lenimen, dulci mite leuamen ope.
Mons tibi munimen, columen, tutela, ſaluſq;,
Subſidium, ſtatio, portus, & aura pijs.
Ad Montem quicunq; gemis, quicunq; laboras,
Corporis, ac animę pharmacon almus habet.

Quiſquis egens hilarem quoduis iam poſce datorem,
Compos eris voti; Monte ferente, tui.
Hunc pete, ne dubita, pauper quodcunq; benignum,
Hunc pete (crede mihi) qualiacunq; feres.
Aurum ſiquis amans, vel ſiquis prodigus auri,
Alter munificus, alter & arctus eris.
Siquis adulter, adi Montem laſciue pudicum,
Continuo cælebs, caſtus, honeſtus eris.
Si fur, ſacrilegus, latro, ſicarius, atrox,
Atheos, à Diuo Monte fidelis eris.
Infauſtus ſiquis, fælicem, teq; beatum
Reddet, Nam miſeros voce beare poteſt.
Si rudis, ignarus, Montem pete, conſule doctum,
Audi, doctrinam diſce, peritus eris.
Infirmus quacunq; lue, lepraq; medentem
Hunc pete, diuina (crede) valebis ope.
Inſipiens Luthere veni, ſanaberis æger
Anticyra, morbi quæ medicina tui.
Mentis inops Luthere furis, bacchiaris in omne
Dogma, leui ſordent ſeria, vana placent.
Inſanis Luthere quidem, cum ſacra profanas,
Cum renuis Chriſti quæq; fuere pij.

Concilium Luthere cupis, Luthere recuſas,
Conciliumq́; vocas, Conciliumq́; fugis.
Quid per Concilium fieri vis, profer, & audi,
Reſponde, dubium diſcute, ſolue tuum.
Conſenti, ſtabili, firma, quod deniq; firmum,
Perpetuum, toto quod ſit in orbe ratum.
Euome quid ſentis Demum Luthere, quid optas.
Euome, quid mutis barbare? quidue moues?
Nequitiam moueas opus eſt Nequiſſime prauam,
Perfidiam necnon perfide mente tuam.
Crapula, Luxuries, potus, Luthere fugandus,
Crapula, quę tanti cauſa proterua mali.
Ingluuies, laſciua Venus, melliſq́; Lyeus,
Ebrietas, ructus, ſcommata, probra iuuant.
Ah Lurco Luthere Dei num crapula regnum?
Num venter, potus, num Deus eſca tuus?
Improbe Chriſticolum mores, moderamina legum
Tollis, quodq; bonum, quodq; ſalubre ruis.
Omnia corrumpis, fœdas fœdiſſime; vaſtas
Omnia, quę populis ſunt documenta pijs.
Veh tibi, veh miſero mala tot, mala ſcandala danti,
Scandala, quę nullis ſunt toleranda viris.

Diſsimiles, variaſq; vices, quas inuide monſtras,
Quis non inuiſas damnet vbiq; tuas?
Te miſerum natura tulit, fortuna malignum,
Infauſtum liuor, ridiculumq; virum.
Ira quid inſanis? quid nam baccharis habenæ
Expers? effrenis, indiga conſilij?
Ira furis maleſana, truci poſseſsa Megera,
Concita Dæmonijs, atq; agitata feris.
Ira graues auſus, animos compeſce feroces,
Intrepidos aditus, difficileſq; vias.
Ira tuam bilem fatuam, fatuumq; furorem
Comprime, mentis inops, ſana, quieta redi.
Quid tibi ſegnis, iners, quid deſidioſe moraris?
Quid piger omne tuum tempus inane teris?
Deſidiam ſcelerum cauſam, cauſamq; malorum.
Ocia, ſegnitiem tabificamq; fuge.
Corporis, ac animæ ſola eſt deſtructio, mundi
Exitium necnon ſola, ruina virum.
Deficit ars, & opus, toto quod cernitur orbe,
Deficit ignauo quicquid vbiq; viro.
Deficit officium, pietas, clementia candor,
Deficit & cultus, veraq; relligio.

Deficit ingenium, virtus, doctrina, ſophosq;,
Omne decus ſegni deficit, omne bonum.
Segnitie quodcunq; leues vaneſcit in auras,
Segnitie in nihilum quicquid in orbe ruit.
Omne ſcelus, facinusq; ſubit diuinitus orbi,
Omne ſubit vitium, ſubſequiturq; malum.
Multiplices morbi, diſcrimina mille, labores,
Erumnæ, febres, morsq; inopina viris.
Hæc Protoplaſti pomo, furtoq; Promethei,
Iſta tot, & tanta fuſa fuere mala.
Heu pomo, heu furto quænam mortalibus ægris?
Heu ſenium, phthiſis, mors, caro, buſta, cinis.
Attamen exurgent demum mortalia. viuent
Corpora, chriſticolę credite vera pij.
Credite mortales veſtra virtute perennem
Vitam, perpetuam credite gens animam.
Immortalis enim, fœlix coniuncta beatis
Spiritibus, Chriſto ſemper amata pio.
Chriſtus amor, pietas Chriſtus ſeruatio Mundi,
Chriſtus vera fides, ſpes rata, firma ſalus.
Viue igitur, dum fata ſinunt, lętare, fidemq;
ſemper habe ſpera crede, operare, vola.

In iuventutem deviam, *prauam, locisq́; ſacris laſciuientem.*

HINC *laſciua, ſalax, leuis hinc diſcede iuuentus,*
Exi, nam Pallas, non Venus hic habitat.
Non Venus hæc, nō Bacchus, nō hęc (cerne) Cupido,
Iuppiter, en Hermes, en loca Phebus habent.
En ſacrata Ioui, Phæbo, ſacrata Mineruę,
Eſte procul ſacris turba profana locis.
Non bene conueniunt facinus crudele, piumq́;,
Non bene (crede) ſimul fasq́;, nefasq́; manent.
Non vitio virtus, Sophiæ dementia concors,
Concors non hilari triſte, malūq́; bono.
Ignis aquæ nunq̃, nunq̃ nox miſta diei,
Miſta ſalus ægro, miſtaq́; vita neci.
Diſcors arte Venus caſtę laſciua Mineruę,
Diſcors & Baccho doctus Apollo rudi.
Gens ignara boni, Sophiæ, virtutis, honeſti,
Omne ſcelus, vitium conficis, omne malum.
Quid non vis Bacchum, Venerem, natumq́; ſecuta?
Quid non mentis inops, praua maligna facis?

Improba non epulas, potus, ſolatia, cantus?
Non Choreas, ſaltus, ſcommata, probra colis?
Chrimata non ſagax, non ſolers charmata quæris?
Gaudia, non riſus, non ioca, feſta, ſales?
Non fugis ah demens ſtudium? non dogma, decorū?
Virtutem, Sophiam, non decus omne fugis?
Ah miſera, infælix, quæ tanta inſania mentem
Diſtrahit? ingenium, corq́;, animumq́; tuum?
Sola Venus cordi eſt, cordi eſt tibi ſola voluptas,
Cura gulę, Veneris, ſolus amorq́; tui.
Nulla loci ratio, perſonę, temporis, æqui,
Officij, nullus relligionis honor.
Nulla fides, pietas, cultus, veneratio nulla,
Nulla tibi virtus, Dogma, Sophosq́; leui.
Dęuia deliras prorſus (mihi crede) Iuuentus,
Falleris, & laterem nocte, dieq́; lauas,
Cum vaga ſis, ſpatieris iners, inſana, procaxq́;,
Perdita luxurijs, perdita delitijs.
Heu iactura grauis, damnum, dolor vnde perennis,
Supplicium æternum, ni Metanæa tibi,
Nį redeas, dextramq́; viam virtutis, honeſti,
Iuſtitiæ, Sophię, relligionis eas.

Heu nemo eſt, qui dexter eat, ſed quiſq; ſiniſter,
Omnis nam Venerem, Pallada nemo colit.
Heu nemo eſt, quẽ Phœbus amet, quẽ Iuppiter æquus
Diligat, aut virtus feruida ad aſtra vehat.
Tanti cauſa mali, mollis ſublatio matris,
Cauſa ſimul Nutrix, ebria, varia, leuis,
Tanti cauſa mali, tanta indulgentia patrum,
Mollities, potus, crapula, ſomnus, amor.
Segnities, langor, ludus, laſciuia, luxus,
Delitiæ, illecebræ, blanditię, Veneres.
Tanti cauſa mali ruditas, hebetatio ſenſus,
Pinguis, & ingenij cauſa proterua feri.
Prodiga mens, animuſq; vagus, peruerſa voluntas,
Quæ meliora probat, deteriora facit.
Hinc tua prima lues, peſtis tua prima iuuentus,
Prima animi labes, prima ruina tui.
Hinc tua perditio cordis, deſtructio mentis,
Virtutis, moris, dogmatis, ingenij.
Hæc nam virtuti, Sophiæ contraria pugnant.
Hęc animos, mentes, corda ſepulta tenent.
Quo ſemel eſt inſtructa recens humana propago,
Continuum ſeruat, perpetuumq; facit.

Quod Brutis, auibusq́; dedit natura virisq́;,
Senſibus, ingenijs ſemper ineſſe ratum eſt,
Quod vero ſydus, quod fatum, tresq́; ſorores,
Id firmum ſtabile eſt, idq; perenne manet.
Si mutare licet, ſi fas, mutatio dextræ eſt
Excelſi, cuius cuncta volentis eunt.
Non facile eſt habitum, morem mutare malignum,
Non facile eſt iuueni nolo, voloq́; ſimul.
Attamen ingenitum cuiq́; eſt mutare volenti
Propoſitum, muta velle, nouaq́; tuum.
Quid ſtas? quid differs iam iam mutare iuuentus?
Exue iam veterem, confice iamq́; nouam.
Iam mutata redi, noua iam conuertere, greſſum
Ad biuium propera, dirige, tende tuum.
Ad biuium redeas iterum (mihi crede) neceſſe eſt,
Vnde ſalus cunctis, vnde ruina viris.
In biuio mors, vita iacent, cuicunq; ſalus eſt,
Perditio eſt, geminis vtraq; prompta vijs.
Dextera nam virtus, vitium leua, hæc necis, illa
Vitę, arcta eſt dextra, lata ſiniſtra (vide.)
Arctam carpe viam, latam iam deſere, dextrum
Iam callem, curſum vade, teneq; nouum.

Hanc age perge viam, ſit quamuis ardua, quamuis
Difficilis, quamuis ſit ſalebroſa ſitu.
Perfer, vince leui duros ſudore labores,
Perfer, non rigidum, nec graue ſemper iter.
Eia age ne dubita varias ſuperare iuuentus
Erumnas, potis es vincere, vince ferox.
En ſuperanda tibi carnis certamina, mundi,
Plutonis necnon prælia ſæua mali.
Ne timeas congreſſa trucem committere pugnam,
Hoſtem iam triplicem percute, iamq; feri.
Iam cruce Plutonem, contemptu vincito mundum,
Iamq; fame carnem vince, domaq; tuam.
Diuitias, aurum, gemmas iam deſpice, ſummum
Imperium mundi iam nihil eſſe puta.
Sperne voluptates, choreas, ſolatia, luxus,
Vana, iocos ride, Seria ſola tene.
Temne ſcelus, vitium, virtutem collige, ramum
Auricomum reperi, ſume ſalubre bonum.
Deſpice iam Bacchum, Phœbum venerare, Iouemq;,
Deſpice iam Venerem, Pallada iamq; cole,
Deprime iam Ditem, iam Chriſtum ſuſcipe fortem,
Qui palmam, ſpolium, quiq; Trophæa dabit.

Athletæ,

Athletæ, pugili valido diadema, coronam,
Cui Dæmon, mundus, cui caro victa fuit.
Chriſtus enim, robur, virtus, victoria viuis,
Defunctis requies, gloria, vita, ſalus.
Confugium, ſtatio, portus, tutamen, Aſylum,
Gratia, ſolamen pax, decus, omne bonum.
Omnibus hic ſolus ſatis eſt, ſatis, ac ſuper, vnde eſt
Dulce quidem Chriſto viuere, dulce mori.
Si ſapis, hunc animo ſupplex complectere ſolum,
Solum audi, pare, concine, ſemper ama.
Obſequere, obſerua, ſerui, cole, ſemper adora,
Semper ades meriti grata, memorq́; pij.
Nam ſua mors tua vita fuit, ſeruatio mundi,
Vnde tibi fælix, vnde beata ſalus.
Te monui, docuiq́;, viam, quæ cauſa ſalutis,
Oſtendiq́; tuę perditionis iter.
Nunc hortor, moneo, Latij, graiq́; peritis
Dogmatis, & linguæ ſemper adeſſe viris;
Adſis grata cohors, adſis ſtudioſa iuuentus,
Adſis doctrinæ nocte, dieq́; ſuæ.
Eloquium mirare ſuum, mirare leporem,
Virtutem, ingenium, dogma, ſophosq́; ſimul.

O

Adſis virtuti, Sophiæ, Sapientia nanq;
Sola ſalus, virtus, ſola perenne bonum,
Turba vigens accinge viæ, paſſusq;, gradusq;
Grandi, feſtina, tempore vade, veni.
Ocia, ſegnitiem, ſomnum iam diſcute, librum
Carpe manu, verſus iam meditare tuos.
Tempus inane fugit, legitur non omnibus horis,
Commoditas ſtudij non datur vſq; tui.
Peruigil, & velox pro tempore, præpes & omnem
Tolle moram, calles curre, volaq; vias.
Aduerſum quodcunq; tenet, quodcunq; moratur
Diſijce, rumpe manu, vel pede, calce preme.
Iam bepeſana malum, vitium, ſcelus omne iuuentus
Comprime, nequitiam, mollitiamq; tuam.
Delitias, Luxus, Epulas, Bellaria, potus,
Totq; Gulæ, ventris commoda tanta tui.
Iamq; ſales, riſusq; moue, fuge liber amores,
Sirenas, Veneres, gaudia falſa, tuas.
Tolle pilas, luſusq; alios, cantusq;, ſonosq;,
Pone Chelin, Cornu, Tympana, plectra, Lyras.
Hæc nam decipiunt, hebetant, perduntq; iuuentam,
Præcipitem barathro dantq;, ruuntq; rudem.

Diſce igitur, ſtudiumq́; frequens molire ſeuerum,
Doctrinam, morem, iusq́;, piumq́; cape.
Virtutem, Sophiam ſolers nanciſcere, ſolers
Ac animi, cordis dogma ſalubre tui.
Dogma graues, virtusq́; pios, ſapientia fauſtos
Efficit, & fauſtis fert bona cuncta viris.
Adſis ergo grauis, pia ſis, ſis fauſta iuuentus,
Audi, diſce, iene, iamq́; beare. Vale.

AD ZACHARIAM DELPHINVM *de humili ac exiguo Monte in Pont. Maximum Electo.*

Mons humilis Montes inter Delphine ſupernos,
Altior en cunctis montibus aſtra ferit.
Mons en exiguus quondam, nunc maximus extat,
Apparet, toto cernitur orbe. Vide.
Mons en, qui collis, Atlas, en factus Olympus,
Irradians Solis vertice vtranq; domum.
Mons humeris cœlum geſtat cœlumq; tuetur,
Mons claudit, reſerat, quicquid vbiq; lubet.
Mons Deus in terris, Deus eſt, Deus omnia calcat,
Omnia ſub sancto Mons pede (cerne) tenet.
Non hoc ambitio, liuor, non dira cupido,
Sed Numen tantum tale peregit opus.
Conſuluit nobis tandem mortalibus ægris,
Conſuluit, patrem cum tulit orbe pium.
Clauiger ętherꝫus triplici Diademate comptus,
Tempora, ter fęlix, terq; beatus adit.
En Mons, en Sapiens Diuinę legis, & æqui,
Officij, cultus, relligionis amans.

En Mons Chriſticolum fædus, concordia Regum,
Vnio, pax populi grata, quieſq́; pij.
En vigil, en ſolers maleſani Paſtor ouilis,
En pecus in Chriſto paſcit vbiq́; ſuum.
Mons hinc, inde ferax, Mons vber, diues, abundans,
Frugifer, vnde ęgro paſcua ſana gregi.
Ad Montem molire viam, quicunq; ſalutem
Optas, feſtina, curre, volaq́; fide.
Vndiq; multiplices Romam properate fideles
Chriſticolæ, ſaluos Mons cupit eſſe ſuos.
Nunc annus veniæ, nunc acceptabile tempus,
Alma dies, cunctis hora ſalutis adeſt.
Martia Roma tuis olim cantata triumphis,
Nunc Chriſti meritis Roma beata pijs.
Gaude Roma tuo gaude Paſtore ſalubri,
Gaude, triſtitiæ non ſit in vrbe locus.
Mons tibi lætitia eſt, tibi Mons ſolamina paſſim,
Lenimen, dulci mite leuamen ope.
Mons tibi munimen, columen, tutela, ſalusq́;,
Subſidium, ſtatio, portus, & aura pijs.
Ad Montem quicunq; gemis, quicunq; laboras,
Corporis, ac animę pharmacon almus habet.

Quisquis egens hilarem quoduis iam poſce datorem,
Compos eris voti; Monte ferente, tui.
Hunc pete, ne dubita, pauper quodcunq; benignum,
Hunc pete (crede mihi) qualiacunq; feres.
Aurum ſiquis amans, vel ſiquis prodigus auri,
Alter munificus, alter & arctus eris.
Siquis adulter, adi Montem laſciue pudicum,
Continuo cælebs, caſtus, honeſtus eris.
Si fur, ſacrilegus, latro, ſicarius, atrox,
Atheos, à Diuo Monte fidelis eris.
Infauſtus ſiquis, fælicem, teq; beatum
Reddet, Nam miſeros voce beare poteſt.
Si rudis, ignarus, Montem pete, conſule doctum,
Audi, doctrinam diſce, peritus eris.
Infirmus quacunq; lue, lepraq; medentem
Hunc pete, diuina (crede) valebis ope.
Inſipiens Luthere veni, ſanaberis æger
Anticyra, morbi quæ medicina tui.
Mentis inops Luthere furis, baccharis in omne
Dogma, leui ſordent ſeria, vana placent.
Inſanis Luthere quidem, cum ſacra profanas,
Cum renuis Chriſti quæq; fuere pij.

Concilium Luthere cupis, Luthere recuſas,
Conciliumq́; vocas, Conciliumq́; fugis.
Quid per Concilium fieri vis, profer, & audi,
Reſponde, dubium diſcute, ſolue tuum.
Conſenti, ſtabili, firma, quod deniq; firmum,
Perpetuum, toto quod ſit in orbe ratum.
Euome quid ſentis Demum Luthere, quid optas.
Euome, quid mutis barbare? quidue moues?
Nequitiam moueas opus eſt Nequiſsime prauam,
Perfidiam necnon perfide mente tuam.
Crapula, Luxuries, potus, Luthere fugandus,
Crapula, quę tanti cauſa proterua mali.
Ingluuies, laſciua Venus, mollisq́; Lyeus,
Ebrietas, ructus, ſcommata, probra iuuant.
Ah Lurco Luthere Dei num crapula regnum?
Num venter, potus, num Deus eſca tuus?
Improbe Chriſticolum mores, moderamina legum
Tollis, quodq; bonum, quodq; ſalubre ruis.
Omnia corrumpis, fœdas fœdiſsime, vaſtas
Omnia, quę populis ſunt documenta pijs.
Veh tibi, veh miſero mala tot, mala ſcandala danti,
Scandala, quę nullis ſunt toleranda viris.

Solus atrox mala tanta cies, mala tanta tueris,
Improbus, imprudens, immoderatus, iners.
Attamen ad Montem propera Luthere vocatus,
Quid ſtas? quid differs? quidue moraris? adi,
Rumpe moram, iam carpe viam, ſeclude pudorem,
Pone dolos, fraudes pone maligne tuas.
Iam genibus veniam flexis iam poſce ſalutem,
Iam ſupplex ſanctis oſcula da pedibus.
Pronus humi ſummitte pio, ſummitte ſalubri,
Sume iugum tergis quod leue, ſume tuis.
Pęnitet ede miſer tandem, tandemq́; fatere
Atheon, vnde nefas mi, ſcelus, omne malum.
Me piget, heu doleo, lachrymor, mea pectora plango,
Excrucior, factis nocte, dieq́; meis.
Eia age, ne pudeat, dic iam me pęnitet (oro)
Da veniam (fateor) Mons miſerere mei.
Mons pius, ac clemens miſerum te, ceu pater almus,
Excipiet, natum ceu pater ille ſuum.
Mons en cana fides, Mons en amor, omne benignum,
Omne ſophos cunctis, iusq́;, piumq́; viris.
En iubar, en ſpeculum, ſplendor, lux, gloria mundi,
Relligio, virtus, mos, decus, omnis bonos,

Mons en Maieſtas, regnum, diuina poteſtas,
Imperium gemini claue ſalubre poli.
Iam, ſapiens, ſoſpes Montem Luthere beatum
Procliuis, ſupplex, iamq; fidelis adi.
Montigenæ fauſti Romam, Romamq; beati
Monticolæ. Romam fæmina, virq; veni.
Ad Montem quicunq; veni, Chriſtiq; miniſtrum,
Obſerua, pare, conuenerare pium,
Contriti, faſsi Romam concurrite ſanctam,
Ad Montem Chriſtum, qui rata, vera ſalus.

AD VINCENTIVM RVERVM *Cauſidicum ſuum.*

VINCENTI *tua me vicit prudentia, vicit*
Me virtus, vicit Conſiliumq; tuum.
Me tua iam probitas, tua iam facundia mouit,
Compulit, extorſit carmen inane meum.
Me tua dexteritas, tua me ſolertia fecit
Obſequier, noſtros edere verſiculos.
Hortatus toties morem tibi deniq; geſſi,
Complacui precibus motus amice tuis.
Editus en tenuis, pinguis meus ecce libellus,
Editus en ductu, conſilioq; tuo.
Exijt inuitus, renuens, trepidansq; malignum
Liuorem, dentes, verba canina virum.
Liuor enim tenues elegos, humilesq; camœnas
Contemnit, mordent, dilaniantq; canes.
Dij (precor, aſpirent, faueant, comitentur euntem,
Conſeruent librum ſemper vbiq; meum.

AD THADEVM FANTIANVM
Suum Amicorum Optimum.

EDITVS en tandem noſter Thadæe libellus
Conſilio, monitu penè cogente tuo.
Edere ſcis quoties renui, quotiesq; negaui
Obſequier, rude nam dogma, poæma meum.
Complacui, geſſi morem tibi rite volenti,
Nam mihi velle tuum, nolle tuumq; ratum.
Velle tuum mihi ſemper idem, ſemperq; probatum
Conſilium, monitus ſtet mihi mente tuus.
Syncærus, nitidus, ſapiens Thadæe ſacerdos,
Integer, ac nullo crimine notus adis.
Oſtenſus digito Veneta celeberrimus vrbe,
Quem Dominum, Patrem ſexus vterq; vocat.
Dij tibi dent quæcunq; velis, quæcunq; requiras,
Sis fælix, voti compos vbiq; tui.
Dijq; viam tribuant facilem, noſtroq; libello
Aſpirent laudem præmia digna ſuam.

AD VICTOREM CAPELLVM.

VICTOR *ades noſtræ Prouiſor ſtrenuus oræ,*
Et Vicentina Prætor in vrbe regis,
Tegmine ſub magno Victor generoſe Galeri
Stat populus tutus, ſtat ſine Marte tui.
Te Leo delegit, qui fers cum nomine palmam,
Vt Victor victo ſemper ab hoſte fores.
Non dubium eſt Victor, quin ſtet victoria tecum;
Hoſtiles acies percute, Victor eris.
Ne dubita imbelles noſtris de finibus hoſtes
Pellere, iam pugna, vince, Trophęa refer.
Victor abis, redeas ſtrato ſic Victor ab hoſte,
Quo ſpolia excelſo dentur opima Ioui.

De Lampridio ſuo Pindari æmulatore.

LAMPRIDIVS ſplendor Latiæ, Græcęq; Mineruę,
Doctrinæ, Aonij norma, Decusq; Chori.
Gloria turritæ, iubar, & lux ampla Cremonæ,
Inclytus, & Phænæ nobilitatis Honos.
Solus inexpertas alijs molirier artes
Auſus, vt æthereas Dædalus ire vias.
Pindarico verſu meritos virtutis honores
Concinit, Illuſtres tollit ad aſtra viros.
Concinit egregias laudes, certamina, palmas,
Præmia roboribus parta Trophęa, ſuis.
Carmen quisq; nouum miratur, quisq; Camænam
Multiplicem, variam pectine, & arte grauem.
Condit opus, quo docta cohors Iuuenũq;, ſenumq;
Extollat, celebret, viſat, honoret, amet.
Dii faueant cæptis, quę iam molitus, & Orſus
Lampridius numeris grandia Pindaricis.
Non eſt poſt obitum fama expectanda Poætę,
Nec tandem maius nomen ab exequiis.
Splendidus en vates, toto celeberrimus Orbe,
Doctorum volitat cuncta per ora virum.

Ad Hieronymum Adriaticum ſuum.

QVI ſacrum nomen de ſacro nomine Ducis,
　Vnanimes inter Vir numerande meos.
Pallados, ac Phœbi vates, vnaq́; ſacerdos
　Muſarum, ſcriptis cernitur orbe tuis.
Vnus es ex paucis, raris, quos Iuppiter almus
　Diligit, & virtus tollit ad aſtra viris.
Expers nequitię, ſceleris, vitijq́; peroſor.
　Virtutis cultor, cultor & officij.
Integer, & purus, nitidus, ſyncærus ab omni
　Parte, nec exigua labe notandus homo.
Te colo. te peramo carum, dulcemq́; ſodalem,
　Obſeruo meritum ſemper vbiq; tuum.
Obſeruo morem, ſtudium, iugemq́; laborem,
　Vnde ſalus animi, corporis vnde bonum.
Obſeruo graue dogma tuum, Sophiamq́; ſalubrem,
　Ingenium, mentem, corq́;, animumq́; pium.
Quis ſocium, comitem, quis te non vellet amicum?
　Quisue tuum nollet dulce ſodalicium?

AD SVVM BAPTISTAM Bracteolum.

MOS fuit Antiquis, noſtro quoq; tempore floret,
Donare hoſpitibus mnnera grata ſuis.
Venator Lepores Turdos, quos retibus auceps
Captat, Piſcator Oſtrea, Paſtor Oues.
Aurea diues opum, pauper dat carmina vates,
Largiturq́; animum, corq́;, fidemq́; ſuam.
Sic ego non hædos, Lepores, non oſtrea, Turdos,
Non aurum, pauper carmen amice dedi.
Quod licuit, munus miſſum eſt, Baptiſta perenne,
Accipe, miſi animum, corq́;, fidemq́; meam.

AD EVNDEM.

SI quas ſcire velis ędes Baptiſta frequentem,
Aut hominem, qui cum, nocte, dieq́; morer,
Quas pueri, Iuuenesq́; colunt, quas turba Docentum,
Quasq́; virum, necnon docta cohorsq́; ſcenum,
Has colo, ſi neſcis, ædes mihi ſemper amandas,
Hic mihi grata quies, hic meus aſtat amor.

Doctrinę

Doctrinę ſplendor, ſpeculum virtutis, & æqui,
Doctorum Stephanus vera corona virum.
Quem condiſcipulum, ſocium, dulcemq; ſodalem
Diligo, conuerſor, nocte, dieq; ſimul.
Sed te, quo melior nemo eſt, nec doctior vrbe
Adriaca, veneror ſemper vbiq; meum.
Non vir te grauior, non eſt ſolertior arte
Palladia, excedis quemlibet orbe virum.
Dij tibi dent mundum, carnem, Sathanamq; doloſum
Vincere, dent palmę ſerta, Trophæa tuæ.

DE CAECA ET STERILI.

CAPTA *oculis mulier, partuq; orbata precatur*
Lucinam puro corde, fideq; piam.
Cæca videt, ſterilisq; parit, ſolamen vtrunq;
Latum, Lucinæ gratia mira fuit.
Rem Iuno, Sophiam Pallas, Venus alma decorē,
Sed partum, & viſum diua benigna refert.
Eἰλείθυα quidem melius mortalibus affert,
Quæ lucem, vitam, dona priora viris.

P

Ad Falconem de Lupato Palinodia.

Non ferus eſt, nec atrox, quamuis de ſtirpe lupina,
Sed cicur, & mitis Falco, Lupatus homo eſt.
Lynceus ingenio, ſolers virtute, peritus
Dogmate, iure æquus, relligione pius.
Integer, & ſapiens, ac conſiliarius, ægris
Solamen, medica mite leuamen ope.
Peruigil, aſsiduus, plebiq; perutilis omni,
Humanus, comis, officioſus, amans.
Non leo, non vultur, Chriſti ſi paſtor ouilis,
Non mihi (crede) lupus, Grypſq; lupatus erit.
Sed vigilans cuſtos, latranſq; lyciſca, malignum
Dæmona, crudeles pellet ab æde feras.
Sermone, exemplo, diuina lege, ſalubri
Conſilio, monitis paſcet ouile pijs.
Fauſta pecus, cui paſtor erit ſi quando Lupatus,
Fauſta quidem, fælix, terq; beata pecus.
Præuius ille viam ad portum, optatamq; ſalutem
Diriget, ac tutum ducet ad aſtra gregem.

AD REGIVM

QVI regale tenes nomen, qui iuſq;, piumq;
Tractas, ſyncæro corde, fideq; regis,
Dum potes, eſto pius, clemens, affabilis, æquus,
Munificus, meritis gratus, & vſq; tuis.
Dum potes, affer opem, viduis ſuccurre miſellis,
Presbyteris cunctis da ſua iura pijs,
Sic decus, & laudes, ſic clarum nomen habebis,
Sic vere illuſtri rege profectus eris.

AD GREGORIVM.
Britanicum.

QVEM mihi fama prius totum vulgata per orbem,
Quem virtus ſimilem, quem ſacer ordo parem.
Quem mihi mos, probitas, eadem profeßio, vera
Gratia, cana fides, candida menſq; dedit.
Quem mihi nomen idem carum coniunxit amicum,
Non poßum mira quin pietate colam,
Concordes vigili cum ſimus nomine, cur non
Vnanimes? cur non velle duobus idem?

AD THADAEVM MEDICVM.

QVAERITVR *a medicis cur ſis perfectus ab omni*
Parte, eſt in promptu cauſa, fuere Dei
Mars robur, Sophiam Pallas, Cytherea decorem,
Phœbus opem medicam, falcifer ingenium.
Diuitias Iuno, Placidi Cyllenius artem
Eloquij, charitas quiq; dedere ſuas.
Iam tibi nil reſtat, niſi ſolum Numen Olympi,
Quod Thadæe tibi Iuppiter ipſe dabit.

Ad Eundem.

Eximium quæcunq; decent Thadæe medentem,
(Crede mihi) ex cunctis optima ſolus habes.
Excellens, Hilaris, ſapiens, facundus in omni
Dogmate, Solamen, ſpeſq;, ſaluſq; viris.
Nil diſcors Phœbo, niſi ſolo Numine, mortem
Cætera non deſunt, Subtrahe, Phœbus eris.

AD GRATIANVM.

Hendecaſyllabum.

E*n te gratia* G*ratiane gratum,*
E*n natura bonum, probum, benignum,*
C*lementem, placidum, pium peregit.*
E*n virtus celebrem, grauem, peritum,*
S*olertem, Ingenuum, Inclytum, ſeuerum,*
C*aſtum relligio, fides beatum,*
G*aude muneribus, boniſq; tantis,*
G*aude, ſollicitudinem, dolorem*
P*rudens comprime, pallidum, & malignum,*
A*urum deſpice,* G*ratiane ſolam*
V*irtutem,* S*ophiam, decus perenne*
S*erua, mundam animam tuere, corpus*
C*ura, viue hilaris, valeq; viuens*
C*ontentus, propria ſalute fœlix.*

D*e* I*magine domum ſuſtinente.*

F ORTE *minabatur caſum* D*omus iſta, cadenti,*
S*uppoſui infelix terga, caputq; meum.*

Suſtinui, vetuiq; grauem leuitate ruinam,
Decidium, magnæ perniciemq; domus.
Officium pius ecce pium cum morte peregi,
Obruor, hei miſero, ni mihi detis opem,
Ferte cito auxilium, iam iam ſuccurrite preſſo,
Heu moles collum pergrauat alta pium.
Non oſſa Encelado, non Pelion, Ætna Giganti,
Non cælum Atlanti tam graue pondus erat.
Opprimor heu, moli ſaltem ſupponite dextram,
Dum ſpirem, moueam terga, caputq; parum.
O ſiquis ſubeat, ne protinus ipſe leuabor,
Hic nam perpetuo tempore portet onus.

AD PAMPHILVM.

PAMPHILE *Iuſtitię, moris, virtutis amator,*
Pallados, & Phœbi, cultor & Aonidum.
Fama meas celebris tua iam deuenit ad aures,
Eximium, ſolers dogma, poęma tuum.
Vnde mihi notus, complexus corde, medullis
Infixus, vere notus, amatus, amans.

DE FAVSTO IN IN=
felicem verſo.

Fauſtus eram fœlix, varia virtute beatus,
Dum pudor, integritas, vita pudica fuit.
Dum ſtudium tenuit, tenuit dum dogma ſalubre,
Dum rexit Pallas corq́; animumq́; meum.
Sed poſtq̃ vaſtis verſat Neptunnus in vndis,
Infauſto fatuæ turbine mentis agor.
Diſtrahor iufælix, nulla ſtatione quietus,
Iactor fluctiuago nocte, dieq́; mari.
Ah miſer æquoreas auſus molirier artes,
Ah demens auido naufraqus inqenio.
Ah fera ſors, fallax ſydus, crudele, malignum
Fatum, quo preceps ſummus ad ima rui.
Heu heu quid volui, quid nam conatus? acerbum eſt,
Ante diem ſtygios uiſere morte lacus.
Diſcite ſolertes inſigni laude beari,
Et vitio turpi perdier omne decus.
Diſcite vos (moneo) ſtabili perſiſtere mente,
Diſcite, ne veniat labe repente mori.

De eodem fœliciori q̃ prius.

ALCIDES Hydram domuit Ioue natus atrocem,
Crudeles toto ſuſtulit orbe feras.
Cocytum potuit, Stygiam tranare paludem,
Et ſuperas voti compos adire vias,
Fauſtus idem valuit, tetrum detruſus in antrum,
Inſpexit Stygias carcere vinctus aquas.
Liuorem domuit, domuit virtute malignum,
Ingenio fraudem Fauſtus, & arte dolum.
Inſons, illæſus, nullo diſcrimine Fauſtus
Exijt, & palmam victor ab hoſte tulit.
Exiluit certe maior Iouis Hercule nato
Fauſtus, nam vitium vicit, & ille canem.
En Fauſtus ſolito Veneta fælicior vrbe,
Dignior, eximijs gratior officijs.
Integritas, candor, probitas, ſolertia gaude,
Gaude, quum tali parta Trophæa viro.

DE EGNATIO
Eloquentiſſimo.

ISOCRATIS Sermo dulcis, Demoſthenis acer,
Vber diuini ſermo Platonis erat.
Mellifluus Neſtor, prudens, facundus Vlyſſes,
Hic verbis Nymphas flexit, & ille Duces.
Eloquio præſtat ſolers Egnacius omnes,
Quod ſparſim multi, ſolus hic ore tenet.

DE ADVENTV PATRIARCHAE,
& reditu in patriam.

ADVENTV, redituq; tuo ſunt magna per vrbem
Gaudia, triſtitię nullus in vrbe locus.
Exoptata diu, tandem præſentia fulſit,
Affuit, amplexa eſt, vndiq; viſa ſuis:
Veniſti Præſul, populo expectatus ab omni,
Pergratus cunctis patribus, atq; Duci.
Vicit te bonitas, ratio, clementia vicit,
Vicit amor patrię mitia corda piæ.

Aſpectu probitas, virtus, doctrina ſereno
Gaudet, lex, pietas, mos, pudor ecce tuo.
Diſsidium, lis, rixa tremit, contentio, cædes,
Inceſtus, furtum, ſtupra, rapina, dolus.
Terror ades vitijs, pretium virtutibus ingens,
Præſidium doctis, & decus omne viris.
Antiſtes fidei columen, tutela quietis,
Iuſtitiæ, pacis, relligionis honos.
Dij tibi dent, quæcunq; cupis, quæcunq; mereris,
Dij triplex capiti dent Diadema tuo.
Ætates viuas Pylij (rogo) ſæcla ſibyllæ,
Et demum vita functus ad aſtra voles.

DE AVRIFICE MIRO *præſtigiatore.*

Contractat ſolers varias faber aureus artes,
Eloquio mirus, mirus & ingenio.
Grammaticus, pictor, Plaſtes, Pugil, Hiſtrio, Aliptes,
Scenobates, medicus, rhetor, & Aſtrologus,
Incluſus ſacco, vinctus, deiectus in vndas,
Mirificus laxat, ſoluit, & egreditur.

Ex auro lapidem, de ſaxo conficit aurum,
De nihilo quicquam, mox nihil inde facit.
Quinq; pilas monſtrat, ſubito perduntur ad vnam,
Tum redeunt totidem, quot latuere pilæ.
Siquid dente vorat duri, ſeu mollis, ab aure
Extrahit, à digito, vel nate prompta manus.
Mira manus, quicquid ſolers natura, per artem
Fingit, naturæ par, niſi morte, manus.
Scire cupis nomen, nomen de quolibet ipſi,
Inſigne & Lunam ianua (cerne) tenet.

Ad Bembum in Cardinalem electum.

Veridicus tua fata cano fælicia vates,
Et bona, quæ vitę lata fuere tuæ.
Non tibi Saturnus, nec Mars fulſere nocentes,
Nec tibi naſcenti Luna maligna fuit.
Hermes ſed fulſit, fulſit tibi Iuppiter æquus,
Bembe Venus votis alma benigna tuis,
Alma Venus charitas tibi tres largita decentes,
Munditiem, ornatum, coſmon, & omne decus.

Hermes ingenium, latij, graij'q; leporem
Eloquij, ſtudium, dogma ſalubre dedit.
Iuppiter Imperium, Sceptrum, Diadæma, tiaram,
Iuppiter eximijs fautor in orbe viris.
Fœlici fato, felici ſydere gaude,
Gaude ſtellifero Bembe beate polo.

Ad Eundem.

Triſtis erat virtus, quum vilis, ſpreta iaceret,
Quum nulli meritis cognita in orbe ſuis.
Quum vaga, nuda foret, triſtis ſapientia, triſte
Ingenium, triſte dogma, poœma virum.
Sed poſtq̃ egregios Paulus Sanctiſſimus omnes
Deligit, illuſtres tollit ad aſtra viros.
Lætatur virtus, gaudet ſapientia, gaudet
Ingenium, pretijs dogma, poœma datis.
En decus eximium, ſunt en collata merenti
Præmia, ſcelectis gloria ſumma viris.
Nunc noua clauigeri ſedes, noua regia Petri,
Auſpicio Pauli facta beata pij.

Nunc noua relligio, noua nunc Eccleſia ſurgit,
Surgit chriſticolum ſemiſepulta fides.
Eia age ſal terræ, lux mundi tramite recto,
Prçuius erranti dirige Bembe viam.

Ad Benedictum qui me ſaliari prandio excepit.

QVAE Iouis eſſe ſolent menſæ condita Tonantis,
Talia Sympoſio fercla parata tuo.
Ambroſia, & Nectar, Charites, Venus alma, canoræ
Muſç, Phçbço carmina miſta ſono.
Tum fructus varii, dulces bellaria abunde,
Charma, ſales, riſus, ſeria, ficta, ioci.
Vnde frequens tuus eſſe velim Benedicte ſodalis;
Quo læter; cantem, quo iocer, atq; fruar.

DE ANTONIO CANALI in Tabella.

GENS pia ſiſte (prçcor) caſum ne deſpice mirum
Tormento foſſum pectus vtrinq; vide.

Hebræum contra naualia prælia geſsi,
Proq; fide infido vulnus ab hoſte tuli.
Transfixus voui moriens eicona, renixi,
Conualui ſubito, ſoſpes & exilui.
Chriſticolæ certate mori, certate fideles,
Nam mors pro Chriſto vita perennis erit.

Ad Procuralorem Capellum.

xoptata diu, tandem clementia, tandem
Iuſtitia, & pietas, relligionis amor.
Præſidium viduis, orbis tutela, miſellis
Subſidium, doctis portus, & aura viris.
Da precor auxilium, da, non indebita poſco,
Mercedem, pretium da cuicunq; ſuum.
Tunc mihi Mæcænas, mihi tunc & Pollio, verſu
Æternum fiet nomen in orbe tuum.

Ad Benedictum.

Quandoquidem ſæuæ Eumenides, quod triſtia bella,
Parcaq; non parcit, nec Libitina libet,

Lucus & obſcurus, male ſunt hæc omnia dicta,
Obuia nominibus res quia facta ſuis.
At tu, quod ſapiens, Hilaris, iucundus in omnes,
Diſpeream, ſi re non Benedictus eris.
Perge igitur, quod pergis iter, nam Palladis arte
Excellens, Veneta primus in vrbe tua.

Ad Victorem Patriarchalem Vicarium.

Victor ades, qui vera tenes, qui iusq́; piumq́;
Tractas, ęquali cuncta bilance regis.
Alter Ariſtides, alter Numa legis amator,
Iuſtitię, fidei, relligionis honos.
Vox tua pondus habet, tua ſtat ſententia cunctis,
Iudicium, regimen rite vigetq́; tuum.
Te dignum Adriaci ſummo venerantur honore,
Te meritum iuuenis, Virq́;, ſenexq́; colunt.
Nam grauis, & prudens, & ſeruantiſſimus ęqui,
Nam Pius, & clemens, officioſus homo.
Sis fælix viuasq́; diu, quos Neſtor, & annos,
Sis fælix tandem Victor in arce poli.

Ad Vatem Eximium.

Lynx quamuis ſolers, quamuis oculatus & Argus,
Carmina non cernet oblita labe tua.
Quis nam diuinum potis eſt taxare Poëtam?
Qui Naſo, Flaccus, qui Maro, Mæonides.
Nil addi, minuiq́; poteſt (mihi crede) perenne,
Æternum viuet grande poæma tuum.

De ſororibus Gemellis.

Conſortes natura potens enixa Gemellas,
Quæ partu, vita, morte, ſalute, pares.
Congenitæ creuere ſimul, vixere diuq́;,
Et vetulæ demum fata obiere piæ.
Vnanimes viuæ, & functæ ſimul vſq; Gemellæ,
Spiritus in gemino corpore ſolus erat.
Ambæ virgineum conſeruauere pudorem,
Nomen & à turpi labe, decuſq́; ſuum.
Nunq̃ viſa fuit concordia tanta ſororum,
Velle quibus ſemper, nolle duabus idem.

Fœlices, ſi cana fides, ſi gratia vera eſt,
Immortalis amor, vita perennis, erunt.

De die Natali.

Quem fore diuinæ vates cecinere Sibyllæ,
Promiſſum mundo deſuper, ecce datum.
Meſſias tandem cælo demiſſus ab alto,
Emmanuel magni conditor orbis adeſt.
Eilius ecce Dei datus eſt, ſeruatio mundi,
Tutamen, Columen, vnica, firma ſalus.
En Infans Chriſtus pura de virgine natus,
En vagit, deflet iam mala noſtra pius.
Hic eſt, qui tollet vitium, ſcelus omne, malumq́;,
Hic eſt, qui Sathanam pellet ab orbe ferum.
Hic eſt, qui mundo lux, ſpes, ius, dogma ſalubre;
Hic eſt, qui ſolus iam bona cuncta feret.
Hic, hic confugium, ſtatio fidiſſima cunctis
Chriſticolis, portus, dulcis & aura viris.

De Quadrageſima.

En optata dies, en acceptabile tempus,
Vnde ſalus animæ, Corporis vnde quies.

Pro te nam paſſus, crudeli morte peremptus,
Pro te marmoreo conditus in tumulo.
Gens pia prona pio iam iam procumbe ſepulchro,
Exclama, crimen, mors tua Chriſte, meum.
Heu paſſi miſerere viri, miſerere Parentis,
Vnde tibi palma eſt, vnde Trophæa, ſalus.
Viue memor tanti meriti, tantæq; ſalutis,
Viue memor Chriſti ſemper in orbe tui.

De Reſurrectione Chriſti.

Omnia Chriſticolum, ſi non ſurrectio Chriſti,
Mortua, nec quicquam iusq;, piumq; foret.
Irrita ſpes hominum, mundo lex nulla ſalubris,
Nulla fides, pietas, nullaq; relligio.
Nulla boni, veriq; ſimul perſpectio nulla,
Nulla quies animi, deniq; nulla ſalus.
Omnia vana quidem mundo, mendacia, falſa,
Omnia (crede mihi) perfida iura forent.
Omnia cum Chriſto viua, aut mortalia perſtant,
Omnia vel vitæ, vel necis acta manent.

En age ſurrexit deuicta morte Redemptor,
Inſignis, varijs fulgidus ore notis.
Inclytus, en alacer, formas mutatus in omnes,
En olitor, properans en peregrinus adit.
En mare percurrens, clauſis en omnibus expes,
En viſus, tactus, cognitus ille pijs.
En dubio patuit Thomæ, qui ſtigmata cernens,
Clamat; Tu Dominus, Tu Deus ipſe meus.
Credulus en Thomas, certus, teſtisq; fidelis,
Teſtis pro Chriſto verus, & orbe pius.
Diſcipuli videre pij, videre fideles,
Qui veram Chriſti conſtituere fidem.
Innumeri teſtes quid iam tot pignora? quando
Palpandum dubijs præbuit ipſe viris?
Conueſcens toties? toties præfatus amicis?
Et toties vitæ facta pericla ſuæ?
Surrexit vere, viuit Deus ille Redemptor,
Viuit, qui mundi vita, ſalusq; fuit.
Quadraginta dies docuit cæleſtia Regna,
Et mundo toti dogma ſalubre dedit.
Crediderit quicunq; pie, & baptiſmate mundus,
Seruatus, fælix, viuq; beatus erit.

Viua fides ſatis eſt, ſatis eſt baptisma ſaluti,
Chriſtus ait, Chriſto gens pia crede pio.
Hic ſyncæra fides, hic ſpes, hic meta fideli,
Hic scopus electo, gloria, vita, ſalus.

De Aſcenſione Chriſti.

Omnibus exactis conſcendit victor Olympum,
Obtulit & patri Ditis opima Ioui.
Empyreo Genitor natum ſuſcepit euntem,
Arridens reduci talia lætus ait.
Nate meæ vires, mea magna potentia ſolus,
Alcides ſpolijs Ditis onuſtus adis.
Tot mala perpeſſus, tot pœnas, vulnera, mortem,
Pro mundi vita, proq; ſalute feri.
Viciſti, palma gaude, lętare triumpho,
Æterna mecum pace, quiete fruens.
Victor, eris mundi Iudex, nunc ſiſte beatus
In ſolio, Dextris nunc requieſce meis.
Suſceptum Genitor natum conſtrinxit in vlnis,
Dulcia conſtricto baſia mille dedit.

Complexi vnanimes cæleſti pace fruuntur,
Complexi ęterno ſtant in amore pij.
Spiritui, nato, Patri, ſolamina cęlo
Maxima, perſonis gaudia mira tribus.
Summus honos merito Chriſti, ſummusq́; Triũphus,
Angelicis canitur gloria ſumma Choris.
Progenies, mundiq; Tribus cenſurus in omnes
Chriſtus, quum ſęcli finis amara dies.

De die Iudicij.

Iudicium venit tandem generale, ſeuerum,
Quo bona pro meritis, vel mala quisq; feret.
Defuncti, viuiq́; tubam ſentite ſonantem,
Vndiq; collecti iam properate ſimul.
En Chriſtus Iudex cunctas vocat ordine gentes,
Eligit en mites, reprobat ecce malos.
Gens inimica mihi, maledicta, profana, rebellis,
Perfida, dæmonijs congeme in igne tuis.
Gens electa veni, quæ noſtro ſanguine fuſo,
Quę noſtra demum morte redempta truci.

Gens pia, gens humilis, ſimplex, benedicta, fidelis,
Gens mihi paſſa malum, vincla, necemq́; feram,
Gens oppreſſa, graui nunc en maiora labore
Præmia, nunc meritis en meliora tuis.
Gens, quia diuinam ſeruaſti credula legem,
Mercedem, pretium nunc cape læta tuum.
Mecum ſcande polum, regnum cæleſte paratum
Accipe, perpetuis delitiare bonis.
Ambroſiam, Nectar iam iam conuiua Tonantis,
Accumbens ſuperis viue beata Choris.

De Officio Paſtoris in paſcendis Ouibus.

Paſcere oportet oues Paſtorem, paſcere & Agnos
Moribus, exemplo, dogmate, conſilio.
Mens ouium paſcenda quidem, paſcenda ſalubri
Eloquio, dulci Nectare, & Ambroſia.
Non Cythiſum viridem, tenerum nõ paſcit hibiſcum,
Non lętum prudens gramen ouile tuum.
Spes rata, firma fides, ardor, ſapientia, virtus,
Lex ſacra, dogma gregi paſcua digna tuo.

Marcus, Ioannes, Lucas, Matthæus, & omnes
Doctores, Paulus præcipueq; pius.
Apponenda tuo ſemper bona pabula ouili,
Vnde quies animis, paxq;, ſalusq; pijs.
Ambroſiam, Nectar condi ſacra fercula Diuum,
Dulce ſitim Nectar comprimit, illa famem.
Hunc panem, laticemq; para, ſuper omnia præbe;
Quo ſatur, & fœlix, Grexq; beatus eat.
Peruigil, & ſolers ouium bone paſtor, eunti
Præuius, erranti dirige promptus iter.
Paſtor oues cognoſce tuas, cognoſce ſequentes,
Teq; ſuum noſcant, quem venerentur, ament.
Deuia ne currant, duc ſemper tramite recto,
Collige ſępe gregem, connumeraq; tuum.
Duc paſtum, potumq; frequens per pabula, riuos,
Fac videant Chriſtum corde, fideq; pium.
Fac tutum teneant portum, capiantq; ſalutem,
Fac properent metam nocte, dieq; ſuam.
Debile reſtaura, claudum ſubſiſte bacillo,
Confractum ſolida, collige quodq; vagum.
Ignarum, quodcunq; doce, rege, conſule, monſtra,
Paſce, animam Chriſti pro grege pone tuam.

AD PASTOREM OVES *pie curantem.*

Eſt onus, eſt & honor, gaude diuine ſacerdos,
Cum bene te Dominum turba, patremq́; vocent.
Cum Samuel, Aronq́; pio delectus ouili,
Cum ſapiens, ſolers, integer, æquus, amans.
Non pecus vlla tibi bene iam commiſſa peribit,
Non Sathanas perdet dirus ouile tuum.
Æditûs peragit paſtoris munia Sancti,
Æditus verax iusq́; piumq́; tenens.
Officium bonus iſte pium, ſacra cuncta miniſtrat,
Baptizat, ſoluit, curat, & vngit oues.
Lanigeras mundat, nudatas veſtit, & agnas
Connutrit, totum ſeruat amore gregem.
Tu Paſtor, Prę ſul, magni reſerator Olympi,
Inſtituis, mandas, quicquid in æde foues.
Hinc tibi cuſtodi cenſus mirabilis, vnde
Maieſtas, ſplendor, Gloria ſumma, Decus.

Vellera non vellis, deglubis tergora nulli,
Non auido pecudum viſcera dente voras.
Sed clemens ouium curas pietate ſalutem,
Vitam, non mortem, dum pia fata, cupis.
Corpora functa dolens ſequeris, miſeratus, & orans,
Compatiens fato corde dolente graui.
Tum pius, illachrymans flentes ſolaris amicos,
Oſtendens animas morte carere pias.
Humanus, mitis, ſapiens, Diuinus, & exors,
Antiſtes ſacri norma, decusq; Chori.
Gaude igitur tali merito, ditione potitus,
Gaude, quum voti compos in orbe pij.
Nunc labor, erumnæ, nunc pōdus, pragma, dolores,
Sed mox pax, requies, vita perennis erit.

Ad Paſtorem Ouium ſalutem non curantem.

Non honor eſt, ſed onus, quo nunc lętaris, habēdū,
Etſi te Dominum turba patremq; vocent.
Seruitium potius, potius diſcrimen apertum,
Vnde animam facile eſt perdere ſtulte tuam.

Quid tibi, ſi qua pecus male iam commiſſa peribit?
Quid ſi forte Sathan intret ouile tuum?
Æditus peragit Paſtoris munia praui,
Æditus mendax, faſq;, nefaſq; tenens.
Officium malus iſte pium, ſacra cuncta profanat,
Deturpat, vendit, mactat, & angit oues.
Lanoſas tundit, nudas expilat, & agnas
Surripit, en totum diſsipat arte gregem.
Tu Dominus, præſes, tuta velut arce tyrannus,
Imperitas, terres, quicquid in æde rapis.
Hinc tibi ſacrilego quæſtus damnabilis, vnde
Impietas, faſtus, furta, rapina, dolus.
Vellera diuellis, deglubis tergora multis,
Pinguia quæq; auido viſcera dente voras.
Impie non ouium curas pietate ſalutem,
Sed lanam, tergus, viſcera, fata, uecem.
Craſſa frequẽs ſequeris, ſed macra cadauera nũquã,
Hinc nihil, inde adipem dicis obeſe tuam.
Proh ſcelus infandum vultur, Iouis ales haberis,
Sphinx, Harpyia, lupus, Gryps, Leo, Tigris atrox,
Androphagus, Latro, Occiſor, Paricida, vorago,
Ingluuies, ſacri fęda cloaca Chori.

Veh tibi, qui tali gaudes ditione potitus;
Veh tibi, qui voti compos inique tui.
Nunc tibi dulce quidẽ, nũc riſus, charma, voluptas,
Sed mox ſupplicium, pęna perennis erit

Ad Marcum Boniſortem.

Marce bonum probitas, fortem conſtantia fecit,
Solertem ratio, iudiciumq; grauem.
Magnanimum virtus, Mitem clementia, rectum
Ius, pietasq; pium, relligioq; ſacrum.
Prudentem grauitas, fauſtum fortuna, beatum,
Contentum propria conditione virum.
Conſilio ſapiens regimen, ratione gubernas;
Officium tractas ſimplicitate datum.
Suffragere (precor) faueas pia vota petenti,
Qui gratus meriti, qui memor vsq; tui.

Ad Cauſidicum.

Conſice promiſſum, quum voti compos, abunde
Gratus ero, meritis pręmia plura feram.

Si modo non pretium, nec merces, grata voluntas,
Verba quibus mos eſt officioſa dare.
Nil mihi quod tribuam, vati, niſi carmina, munus,
Det Diues. Pauper quid niſi verba dabit?
Humanus, mitis, placidus, dulcisq́;, piusq́;,
Splendidus, excellens, officioſus homo es.

Ad Ianum Bifrontem.

Incertum quamuis, cum Bifrons, Iane futurum
Dignoſcis, necnon quicquid, & ante fuit.
Clauſa tenes pacis, reſerataq́; tempore belli
Fana, modum Martis ſi ſapis alme refer.
Heu nimium patuere truci delubra tumultu
Claudentur fani dic (rogo) quando fores?
Contendunt Leo, Gallus, *atrox Iouis* Armiger, *ædis*
Claudendæ victor de tribus author erit.

Ad Eundem.

Barbara gens quantos mouit, dic, Iane tumultus,
Quis tantos poterit Marte fugare? Leo.

Cernis in arma domum crudelia ſolis vtranq;:
  Orbem quis potuit pace tenere? Leo.
Quis Leo? num Decimus? non, alter, cur? quia ſolus
  Præualidus terra, præualidusq; mari.

Ad Medicum.

Criſtatas volucres donari credis amice,
  Falleris, in vanum ſpes (mihi crede) tua.
Pollicitus, quid tum? facile eſt promittere verbis,
  Sed non pollicitis ſemper habenda fides.
Quis plus: quàm medici? promittit quisquis abunde
  Promiſſis diues: parcus at ære ſolet.

Ad Eundem.

Reddere verba fuit mos ſemper grata Poetis:
  Pro re, pro meritis tradere verſiculos.
Accipe, quem dederis noſtro cum carmine, librum:
  Accipe, quo tecum ſtat mihi iunctus amor.
Incolumis cogor multum debere. tibiq;
  Quas potero: grates ſemper habebo pias.

Ægrotos

Ad Eundem.

Ægrotos releuas triplici medicamine ſolers,
Crudeli ſeruas corpora viua nece.
Tres tibi ſunt artes aliјs cum ſola medendi,
Mirificæ, munus, pharmacon, eloquium.
Quas ſic diſtribuas (rogo). præbe verba doloſis
Hoſtibus, ægrotis pharmaca, dona mihi.

Ad Eundem.

Pacta tibi nequeo, quin dem iam munera promptus
Quum toties cænas, prandia magna facis.
Ecce fero pullos veniens ad prandia pingues,
Da leta, quali fronte ego dona tuli.
Accipe Perdices, Turdos, ſine felle Palumbes,
Accipe vultu Hilari munera noſtra libens.
Candida ducentum noſtris cum verſibus oua,
Alba quidem, ſed non candidiora fide.
Munera parua, tuis meritis nec digna fatemur,
At leue non munus, reſpice mentis opus.

Ad Sebaſtianum Foſcarenum.

Salue, qui ſolus verum dignoſcis, & alto
Corde tenes, voluis iusq́;, piumq́; tuo.
Alter Ariſtoteles, alter Numa, Regius alter
Mæcænas, Doctis ſpesq́;, decusq́; viris.
Cecropios ſuperas omnes, latiosq́; diſertos,
Eloquio, Sophia, relligione, fide.
Ceu Phænix, toto ſic Foſcarenus in orbe,
Inter aues Phænix, tu (mihi crede) viros.
Sis fælix, voti compos, cornuq́; potitus,
Incedas Veneta Dux (precor) vrbe tua.
Ætates pylij, longæuæ ſæcla Sibyllæ
Viuas, defunctus ſydera ad alta voles.

Ad Thomam.

Pes mihi, non poßum Thoma te viſere, læſus,
Nec ſonipes, currus, nec mihi cymba domi.
Huc igitur, Venetam quum tu tranſibis ad vrbem,
Carpe viam, mecum nocte quieſce, veni.

Ad Prǽſulem in patriam proficiſcentem.

Vade libens, auibuſq; bonis, ac auſpice Chriſto,
Vade memor noſtræ prǽſul amicitiǽ.
Dij cæptum comitentur iter, pia vota ſecundent,
Dij reditum in patriam dent tibi rite pium.
Sis ſoſpes, fǽlix, ſis omni parte beatus,
Sis compos voti ſemper vbiq; tui.

Ad quendam, vxorem ſuam lugentem.

Inuida falce truci Lacheſis, fera parca benignam
Conſortem propere traxit ab orbe tuam.
Conſortem ingenuam, mitem, caramq;, piamq;
Exclamas, quid tum? mors bona cuncta rapit.
Triſtandum (fateor) conſortis morte, dolendũ eſt
Iactura, & damno nocte, dieq; tuo.
Sed quia non proſunt gemitus, ſuſpiria functæ,
Pone grauem luctum corde, fugaq; pium.
Exulta, lætare (precor) iam gaudia ſume,
Iam iam fælices concipe mente toros.

Exhilara, tua nam fruitur cæleſtibus auris
Conſors, Elyſijs (crede) beata locis.

De infælici puerperio Franciſcinę.

Perdidit heu natam genetrix, heu nata parentem:
Connixu alterius, altera cauſa necis.
Ah Lucina grauis, fatum execrabile, natam
Alma parens, matrem perdita nata ſuam.
Grande ſcelus, crudele nefas in amore peractum eſt
Excidium, data mors, vnde ferenda ſalus.
Ah feritas innexa pio, pietaſq; ferino,
Ah durum miti cum bonitate malum.
Inſontes, quamuis ſontes, nocuæq;, feræq;,
Inuitis quando parca duabus atrox.
Impietas vtriq; piæ miſerabilis heu heu,
Infauſtis fato cauſa maligna truci.

De Lucina partu libera ope Lucinæ.

Si ſoſpes Lucina foret, ſi libera partu,
Lucinæ voui dulce Epigramma deæ,

Lucinę Lucina graui conceſſit vtrunq;,
En partu ſoſpes, enq; leuata breui.
Nec puerum incolumis ſolum, ſed nixa Gemellos,
Perſimiles patri pignora cara pio.
Spem duplici dono, votumq;, & velle parentum,
Viciſti, nam plus, q̄ꝫ voluere, datum.
Exors, & mirum (fateor) Lucina dediſti,
Vnde memor grates ſemper habebo pias.
Carmen quod voui tibi iam Lucina, ſolutum eſt,
En Epigramma tuo munere Diua meum.

Deprehenſæ infortunium.

Quæ celebris matrona viro coniuncta potenti,
Fælix illuſtri ſanguine nata Ducum.
Fauſta quidem fueram, vir me dum fidus amauit
Fidam, connubij dum rata noſtra fides.
Sed poſtq̄ꝫ infidus mihi vir, falſusq; fideli,
Improbus & noſtro cępit abire toro.
Proh ſcelus infandum, proh deteſtabile crimen,
Egit in aſpectu nocte, dieq; meo.

Heu furor inuaſit miſeram, fera ſata trahebant,
impulit infauſtam, meq́; fefellit amor.
Fallere fallentem volui maleſana maritum,
Reddere parq; pari, pellere & arte dolum.
Ah fatum inuiſum, nulli miſerabile noſtrum,
Penelopen quando non licet eſſe ream.
En deprehenſa dato morior tumefacta veneno,
En decus, en nomen perdita labe meum.
Diſcite, vos aliæ veſtrum ſeruate pudorem,
Diſcite, & exemplo furta cauete meo.

In cantorem nomine Cicadam.

Dum calor eſt, ſatiata leui bene rore cicada
Cantas, venturi neſcia ſtulta mali.
Non roſa, non violæ ſemper, nec candida florent
Lilia, nec quod nunc, cras erit illud idem.
Vox tibi ſola placet, cantu oblectaris inerti,
Indiga formicam frigore grana petes.
Tunc te quid cantus? quid vox tunc rauca iuuabit?
Num tremula panem voce rogabis anus?

Nunc facilis tibi victus adeſt, ſed frigore nuda,
Infælix gracili tunc moriere ſame.

De domo humili.

Stemmate quæ nullo, quę nullis fulta columnis,
Quę caput ex humili vixq́; leuata ſolo.
Plumbea quæ primum, ſubito domus aurea fulſit,
Pileolo, nituit fulgida cardineo.
Auro deterior mox eſt argentea facta,
Dum texit nitidos candida mitra lares.
Poſtq̃ pileolum, mitram fera fata tulerunt,
Heu domus excelſo decidit ima gradu.
Ænea paulatim mutari cœpit, acerbum,
Heu iam multiplici ferrea facta vice.
Plumbea cum primum, timor eſt, ne ſcoria tandem,
Sitq́; gradu peior, q̃ fuit ante domus.

De Rarellis.

Ceu lucus, parcæ, Eumenides, ceu bella vocantur,
Sic Rarella Domus turba vocata frequens.

Multiplices pueri, iuuenesq; viriq; ſenesq; ,
Ac tot aui, proaui, ſtirps numeroſa nimis.
Heu morboſa lues totam proſtrauit; acerbum,
Heu heu mors raram, quæ modo denſa; domum.
Ante fuit falſo, nunc vero nomine, peſte
Quę modo rarella eſt, nunc bene dicta domus.

De miro incendio.

Vir, qui condiderat, ſtratas quas aſpicis, ædes,
Partem animæ ſtatuit lege fauere ſauere ſuę.
Filius ingratus, crudelis, & impius hęres,
Subtraxit patriæ, quæ data pars, animę.
Ardens vmbra patris proprios ingreſſa penates,
Ardens combuſſit ſunditus, ecce cinis.
Diſcite vos nati manes placare parentum,
Munus & oblatum ſtare perenne pium.

De remedio amoris.

Siquis amans finem veſani quęrit amoris,
Et triſti curam mente fugare grauem.

Sunt tria, quæ poſſunt omnes extinguere flammas,
Ac penitus ſæuas corde mouere faces.
Tempus edax, ieiuna fames, opus acre, furorem
Arcent, his certe tollitur omnis amor.
Sed ſi forte procax ardor, fera flamma, tenaxq́;,
Huic mare, vel laqueus mite leuamen erit.

Ad Medicum de ardore intenſo.

Ignis atrox intus, foris ardor ſolis, vtrinq;
Pellere dum ſtudeo, creſcit vterq; calor.
Si bibo, fit maior potu mihi flamma medullis,
Et magis ardeſcunt interiora mero.
Si volo concubitu Veneris ſedare furorem,
Fit furor, ac diro maior in igne Venus.
Pharmacon, auxilium mihi da, ſuccurre, medere,
Tolle (precor) flammam, tolle ſalute grauem.
Omnia perpetiar, dum viuam, liber ab ęſtu,
Affer opem, vitam iam medicare meam.

Ex Græco.

Vir, qui pro patria iugularat in arce tyrannum,
Piſcibus immenſis præcipitatus aquis.
Iuſtitia eſt miſerata pium, nam ripa reuulſa,
Illæſum texit piſce cadauer humo.
Non mirum, ſi grata viro, quo libera tandem,
Pro patria occiſo terra ſepulchra dedit.

Ex Græco.

Plurima de paucis quidam vir diues habebat,
Grex ſatis vber erat bos, ouis vna viro.
Inuida ſors inopi rapuit mox omnia fauſto,
Heu periyt partu bos, pecus eſca lupo.
Balatum poſtq́ ſine cauſa, inuiſa miſello eſt,
Suſpenſus peræ fune pependit inops.

In nigrum hominem & album.

Nomine qui niger es, facie qui candidus, album
Effice opus, nigrum ſemper amice fuge.

Ater homo, niueusq́; ſimul, contrarius, anceps,
Quum bonus, ac meritis prauus habere tuis.
Deſere quod nigrum eſt, vitiū, ſcelus omne, malūq́;,
Inſidias, fraudes, turpia, furta, dolos.
Dilige, quod niueum prudens, quod iusq́;, piumq́;,
Dilige, virtutem dilige, facq́; bonum.
Si ſapis, indicium iam iam probitatis, honeſti,
Officij, fidei, relligionis age.
Eſto pius, clemens, comis, ſyncærus ab omni
Labe, niger nunq̄, candidus vſq; vale.

Ad Medicum.

Εἰ πάντας νόσους εἴδως, εἰπὲ ἄλγεα πάντα,
Vtile, ſi noſti, da mihi conſilium.
Καρδίαιῃ *mihi* νόσος *ineſt, præcordia languent,*
Anxietas animo, cura, dolorq́; meo.
Cor mærore meum ſana, fac, gaudeat ægrum,
Fac, fugiant animo triſtia quæq; meo.
Nolo crura ſeces, vacues nec ſanguine venas,
Nec circum cepas inguina noſtra liges.

DE MVSICAE LAVDIBVS.

Si placet harmonici diſcors concordia cantus,
Hoc breue Ioannis perlege Lector opus.
Non hic ambages, non hic Enigmata cernes;
Sed patulos, faciles artis amice modos.
Δώριον en, φρύγιονq; decet, λύδιονq; libellus,
Necnon multiplici ἰωνικὸν arte melos.
Ἔνθεον, ἢ γλαφυρὸν, σεμνὸν, καὶ βακχικὸν εἶδος
Δείκνυσι, καὶ γλυκερῆς πᾶν γένος ἁρμονίης.
Conſona diſsimili currit ſymphonia ductu,
Obice, nec ſcrupulo ſit mora tarda rudi.
Orphæus hac ſyluas traxit, Delphinas Arion,
Dauid & hac Saulem Dæmone atroce ferum.
Hac Iouis exhilarant Muſæ conuiuia magni,
Quum binæ cantant, pulſat Apollo Chelyn.
Diuinum certe mortali muſica donum,
Qua nihil eſt toto gratius orbe datum.
Diſce igitur ſtudio cæleſtia munera, diſce,
Oblectaq; animum nocte, dieq; tuum.

Non humor nocuus, non ſanguis noxius alget,
Non tumor ægroto corpore peſtis atrox.
Da, precor, in potu, quod vis medicamen amarum,
Da mihi quod gratum, quodq; ſalubre, bibam.
Omne libens capiam, dum ſaner, dumq; valeſcam,
Dum ſoſpes, morti dumq; ſuperſtes eam.

De quibuſdam Inſtrumentis Muſice.

Barbitos hac, plectrum, lituus, tuba, buccina, cornu,
Teſtudo, Cithara, tibia, ſiſtra ſonant.
Hac lyra concentus varios, Pſalteria, verſus,
Hac hymnos miris organa pulſa modis.

Ad Matthæum Academiam Venetias à Malo ducentem.

Ocia, ſeceſsum tuus o Matthæe volebat
Ludus, ſecretas, ac velut antra, domos.
Monte aliquo poteras auceps, aut valle reducta
Venator, Veneta non auis vrbe, lepus.

Hic non Gymnaſio loca ſunt accommoda auaro,
Æquora non Pallas, ſed Venus alma colit.
Non hic materies lucri Matthæe, videbis,
Cognoſces nullum poſt tua damna lucrum.
Non te multiplices, variȩ, tot ſumptibus artes,
Non lyra, non cantus, tibia, plectra, iuuent.
Sed tua te fallet, fallet te dira cupido,
Nam ſterilis capiet ſemen arena tuum.
Horrea non Cererem, non Bacchum cella refundet,
Non gratis venient perſica, poma, nuces.
Omnia ſed pretio duplici conſtare dolebis,
Et diues quamuis, perdere parta gemes.
Ceu melius ſolet eſſe bono quodcunq; profectum,
Sic peius ſolitum quod venit omne malo.

In Medicum male ſentientem.

Cur ἰατρος mendax, ſemper contrarius ȩquo?
Aduerſȩ parti curq́; proteruus ades?
Cur falſus verum, cur ſpernis Dogma, ſophosq́;?
Cur rectum renuis, curq́; maligne bonum?

Diſce loqui verum, ſenior, iam diſce, quod æquũ eſt,
Diſce [illegible], natam, diſceq; Dogma rudis.
Vult (mihi crede) ſuum cunctis Aſtrǫa, refertq;,
Omnia tu contrà iusq;, piumq; negas.
Ignarus veri Iudex, ignarus & ǫqui,
Expers doctrinæ. Parmacopola tace.

In quendam plebanatum affectantem.

Improbus es, ſi ſorte tua triſtaris, auesq;
Plura, tibi quando ſatq;, ſuperq; datum.
Accipiter, & Miluus fieri vis, vultur aduncis
Vnguibus, humanum ſæue cadauer amas?
Ah facinus crudele cupis, quid fædius vnq̃?
Quid ſacer Androphago, ſæuius eſſe poteſt?
Deſere iam vanos ſenior capularis honores,
Deſere, ſolum animæ conſule in orbe tuǫ.

In eundem voti compotem.

Quid facis infælix, quidnam vulpecula fallax?
Harpya, ingluuies, milue, vorago, lupe?

Improbe cuncta rapis, retines violentus, atroxq́;,
Gryps, Leo, Craſſator, latro, trifurq́; rapax.
Nunquam callidior, nunquam furacior alter,
Autolicum vincis, vincis & Hermogenem.

In Bubulcum vaccam ſtimulantem.

Quamquam laſſa nimis ſtimulo bos pareat acri,
Et lactans vitulum pergraue portet onus.
Tu tamen excrucias fętam crudelis arator,
Immeritam ſæua cuſpide pungis atrox.
Parce boui miſerę fœtum, & graue pondus habenti,
Alter, ſi parces, bos tibi alumnus erit.

Petiliani Epitaphium.

Hic ſitus Vrſini cortex, non gloria viuax,
Hic ſitus, hic quamuis non ſitus, aſtra tenet.
Strenuus Hetruſci Sceptrum, Venetiq́; Leonis,
Parthenopes, ſummi Pontificisq́; tulit.
Extra antrum coleis datur, Vrſis ſtare ſub antro,
Dux ergo hic intus conſidet, ille foris.

In ludi

In Ludi Magiſtrum.

Iam tua nota mihi quantum facundia poſſet,
Ingenium, probitas, Dogma, poema tuum.
Qui fueram dudum ſub te doctore Menalcas,
Nunc Cenſor, Iudex, rite Palæmon ero.
Si tua iam colui, nunc ſperno grammata doctor,
Quo maior fueras, hoc minor eſto rudis.

De Iuuene Vxorem cupiente.

Ardet in vxorem iuuenis pulcherrimus Æglen,
Ducere, connubium Thais, & Afra vetant.
De quo connubio bene vir, male fæmina ſentit,
Vnde hoc? inuidia eſt, perdere quæq; timet.

In Serpum Sacerdotem auariſſimum.

Horridus, aſper, atrox, ſi vis dignoſcere, Serpus,
Deformis, longus, blæſus & hore niger.
Improbus, agreſtis, crudelis, acerbus, iniquus,
Inuentor fædæ turpis auaritiæ.

Audio nam quoties blæſum recitare Poætam,
Si poßem ſurdis auribus eſſe velim.
Diſce prius mi Balbe loqui, poſt carmina funde,
Nam blæſum eloquium, turpe melosq́; tuum.
Non miror, ſi das mihi deficientia verba,
Deficit en ſermo te moriente tuus.

In Eundem.

Num penitus Cygno Serpus diuerſus ab albo eſt?
Quum niger, & turpis, pulcher, & albus olor?
Quum raucus, blæſus, vocalis, olorq́; canorus?
Dulcius hic moriens, fædius ille canat?
Ergo perit? moritur, cur ambulat? Antropos vrget,
Vnde tenes? hinc, quod, verbula manca refert.

In Eundem.

Serpe breui moriture (precor) teſtare, fatere,
Et diſpone auro, nam prope Parca, tuo.
Te Lacheſis iam ſæua tenet, capulusq́; moratur,
Deſere cuncta, animæ conſule Serpe tuę.
Sors tua ſic monſtrat, ſic fatum, ſicq́; ſiniſtrum
Sydus, ſic medicus, qui tua fata tenet.

Ne timeas moriture mori, iam lumina claude.
Lumine nam clauſo mortuus eſſe potes.

In Eundem.

Lambere conaris moriens pro parte virili
Optima, quæ ſapiunt fercula, ſigna necis.
Pars vituli melior, pullus conditur in olla,
Toſtaq; fit perdix, Turtur, amaſq; veru.
Omnia faſtidis moriens bellaria, queq;
Reſpuis, argento ſpes tamen vna tuo.
Non auro tibi ſerpe tuo fera vita tenenda eſt,
Cum tenuem in ventum non reditura volet.

In Eundem.

Conatur moriens de lecto ſurgere, lucem
Quæritat, heu nihilum lumina aperta vident.
Huc, illuc palmas Serpus diſtendit, & omnem
Exquirens aurum, palpitat vſq; torum.
Conueniunt fratres, diſcludunt forcipe capſam,
Eripiunt aurum, quicquid & intus ineſt.

Semianimis clamat, fures, heu fures, omnia tollunt,
Connumerant, auri ſenſit & inde ſonum.
Heu morior, morior, quid agis? moriare, ſepulchrum;
Ecce tuum, capulus, cymba Charontis adeſt.
Mercurius, Clotho iam iam te Serpe moratur,
Quid tardas? quid agis? quin moriaris? obi.

De eiuſdem morte & funere.

Mortuus eſt tandem, gaudet vicinia morte,
Nam cunctis Serpi noxia vita viris.
Effertur, ſequitur nullus, ſacer ante Lupinus,
Qui requiem æternam cantat amicus inops.
Ponitur in tumulo corpus mala vermibus eſca,
Et canitur ſubito, pace quieſcat, amen.

Serpi Epitaphium.

Hic ſitus infælix Serpus, deformis, auarus,
Cuius vita grauis, mors leuis ære ſuis.

Ad Iudicem.

Salue, qui populo veniſti iura daturus,
Et varium Iudex tollere diſsidium.
Quæſtio noſtra leuis, quam nuper mouibus ambo
Carminibus, metrica qui ſumus arte pares.
Carmina proceſsus veluti monſtramus vterq; ,
Quo videas noſtrum quis meliora dedit.
Proceſsus igitur noſtros lege candide Iudex,
Da ius, diſsidium tolle, Palęmon eris.

Ad Liuianum ludi Magiſtrum, peſtem fugientem.

Gratuler, an doleam, anceps, imo neſcius, vnde
Voluor in ambiguas nocte, dieq; vices.
Gratuler aduentu, doleam lue, peſte dolendum,
Gratandum reduci, ſoſpiti, & incolumi.
Ergo, ne fallar, tibi ſano grator amico,
Condoleo, erumnæ me miſeretq; tuæ.
Pro te ſi valeo, manda, committe, iubeq; ,
Sunt tua, quęq; mihi, κοινὰ δὲ πάντα φίλων,

In Eundem ludi magiſtrum ab omni humanitate alienum.

Abs te ſi parui meus, o, Liuiane ſuperbe
Fit dolor, en ſalto peſte, maloq́; tuo.
Gaudia ſi nihili, bone vir, tibi noſtra videntur,
Aduentum ſperno, teq́;, genusq́; tuum.
Qui mentem rabie plenam, qui felle madentem
Monſtras, ab pueris peſtifer, ab ſenibus.
Vrbem non miles, non mars, non peſtis adegit
Linquere, & indignos ruris adire lares.
Mœnia liquiſti ſed Vicentina coactus,
Ruſtica quòd ſolùm corda docere vales.

In Eundem.

Docti qui nunquam cognoſti dogmata Priſci,
Deſere Romuleas, cecropiasq́; notas.
Qui pater eſt latiæ, graiæq́; interpres habetur,
Grammaticæ authoris voluitur vſq́; liber.
Qui fons doctrinæ priſcus mihi perplacet vnus,
Diſplicet ac riuus deniq́; quiſquis iners.

Qui ſolus laceras, qui mordes omnia ſolu: ,
Corrumpis, fœdas, ſolus es ardelio.

In Eundem.

Cur rudis ambages vati mihi barbare narras?
Aures cur tundis garrutitate meas?
Non ego iam notus, noſcar, noſceris ab omni
Ignarus docta gente, rudiq; rudis.
Do tibi conſilium, noli certamen inire,
Nam perdes, fient pignora noſtra, caue.
Sed iam carpe viam, collectis rebus, abiq;,
Amittes, ſi non, quicquid honoris habes.
Dum tua percelebris totam ſtat fama per vrbem,
Carpe viam nugax, Rabula carpe fugam.

In Eundem.

Iam dabit, expecta, tibi gens ſtipendia Doctor,
Fac tibi marſupium, ſitq; crumena capax.
Ignoras de te populus quid ſentiat omnis,
De te quid tractet docta, rudisq; cohors.

Omnes dogma tuum vitio dant credule, ſpernunt,
Quòd iuuenum mentes perdis, & ingenia.

In Eundem.

Cur tibi iam toties hexaſticha barbara miſi,
Quæris, quo ſcribas cauſa miſelle fuit.
Quum volo ne ſcribas, deductum carmen ad vnguē,
Quum cupio verſus, do rude (crede) tuos.
Si tibi do recte, nunq̃; ſi non bene, ſemper
Verſicnlos video barbara verba rudes.
Carminibus quæcunq; meis errata reprendis,
Omnia conſulto facta fuere graui.
Non ſecus ah demens poteram extorquere poæma,
Quod craſſum, incultum ſcribis, inane tuum.

In Eundem.

Si ſua Apollo negat, cur tractas pollice plectra
Indocto? tenui carmina voce canis?
Si tibi muſa ſacrum renuit præbere liquorem,
Cur violas docti munera ſacra chori?

Nou bona, non facilis maleſano in carmine vena,
Hinc deeſt eloquium, pondus & acre modis.
Pone chelin, canito nunquam rudis inter olores,
Anſer, pica loquax, gracule pone chelin.

In Eundem.

Esrores Liuiane tuos conare tueri,
Non ratione potens, garrulitate rudi.
Sed mendax verbum, nunquam laudibile, nunquam
Quę penitus falſa eſt, vox tua vera mihi.
Diſce loqui verum, mendacia deſere tandem,
In conuertendo, qui tibi tardus eris.
Non pudet ah demens, ſi turba indocta, rudiſq;
Credit, vaniloquo ſi tibi certa fides?

In Eundem.

Barbare iandudum mihi ſunt tua plumbea tela
Cognita, nec verſus me latuere tui.
Non vito coràm prodire Palæmone, docti
Nec fugio aſpectum, iudiciumq; viri.

Pignore depoſito veniam, quocunq; vocaris,
Doctis, & rudibus deniq; notus eris.
Non non ambages, tua nec facundia fallax
Proderit, explodam iam rude dogma tuum.

In Eundem.

Carmine iam victus nugax, iam nulla ſuperſunt
Verba tibi, veluti rana ſeripha taces.
Qui modo terrebas magna me voce, quid horres?
Accelera, quid agis? perfide tolle moram.
Nam mihi mens prompta eſt, ac reſpondere parata,
Dummodo fulgenti ſplendeat ære manus.
Si venies, tua fer tecum mihi pignora grata,
Terga cito referes exonerata domum.
Quippe leuis tua, ſed grauis. & facunda Latine,
Et Grece *pueros noſtra* Minerua *docet.*

In Eundem.

Cedere pollicitus, modo ſi quæ vera putabas,
Falſa forent, prorſus falſa fuere, vide.

Cede locum, ſed ſolue prius, quæ luſimus, hincq;
Carpe viam, tandem collige ſarcinulas.
Si tibi cana fides, ſi veri numen, abibis,
Si non, falſidicus perfide ſemper eris.

In Eundem.

Deſere iam verſum, quo victus, linque ſoluta
Verba, tace noſtris omnibus inferior.
Nil tibi cum doctis, qui profers omnia falsò,
Nil tibi cum ſacra Pallade ſede Caper.
Sta retro, procul eſto, tui nam ſpiritus oris
Fætidus, horribili perdis odore viros.
Scanſio noſtra quidem, tuus eſt deſcenſus ad imum,
Dedignor poſthac ſcribere plura. Vale.

In Eundem.

Spicula nunc vere fient pungentia pectus,
Spicula nunc ferient te bene noſtra ferum.
Non te garrulitas, nec te facundia tandem,
Non thorax, clypeus, parmaq; dura teget.

Rabula, qui ſcelerum, vitiorum fęda cloaca,
Quid rabidus latras, quid furis hircus atrox?
Quid paticus, pedico ſimul mihi falſa minaris?
Qui mundus, nitidus, qui ſine labe ſacer.
Ah nebulo, mendax, fur, Thraſo, Leno, Cinædus,
Ingluuies, eluo, vaſta vorago, Caper.

In Eundem.

Cornua te totum quoniam ramoſa tuentur,
Spicula non poſſunt noſtra ferire ferum.
Non ego te ſcopulum, ferrumq́; adamantaq́; durum,
Quis poſſet? valeo rumpere carminibus.
Carmine ſi nequeo, potero fortaſſe potenti
Rumpere te tandem ſanguine Capre tuo.
Iam non ambages, tua nec verſutia ſolers
Proderit, exploſus corniger hircus eris.
Non tibi Valla tuus, nec Mancinellus amicus
Vtilis, omnino Capre ſiniſter erit.
Interea latitare memor, quia longa pateſcunt
Cornua, Cornigerum maximà quę pecudum.

In Eundem.

Hic tua iampridem latuit ſolertia fallax,
Sed nunc te vulgus, turba rudisq́; videt.
En nunc apparet paßim per rura, per vrbes
Famoſum nomen Corniger hirce tuum.
En nuuc inſignis populo monſtraris ab omni,
Peßime ſi pudor eſt, faccito diffugium.

In Eundem.

Corniger eße poteſt, vere quicunq; maritus,
At tu ne fieres degener hircus adis.
Nam pater hircus, auus, proauus, atauusq́; fuerunt,
Maiores hirci, ſtirpsq; futura tua eſt.
Sponte quidem, meritoq́; tuo Liuiane cupiſti
Eße caper, latita, cornua longa patent.
Cornigerum quodcunq; pecus, crudele, proteruum,
Vnde tua impietas, virus & vnde tuum.
Cornua non inſunt noſtris hircina capillis,
Si tibi ſunt, & vis ponere, cede caput.

In Eundem.

Ante ſuum potius curſum mare, flumina, Solq́;,
Et partes linquent axis vterq́; ſuas.
Quàm te deſtituam verſu ſtimulare profanum,
Quàm taceam clarum nomen in orbe tuum.

De Eiuſdem Capri ſacrificio.

Ohe Bacche veni, vetulo cantante Sileno,
Nam Caper eſt aris Hoſtia danda tuis.
Adſis Bacche (precor) & vos Eleleides vnà,
Diua Pales, Phœbe, Pallas, & alma Ceres.
Vos quoq́; Hamadryades, Satyri, Fauniq́; vocati,
Adſitis, magnus victima grata Caper.
Qui ſegetes noſtras, fructus qui conterit omnes,
Viniferas vites qui male mordet atrox.
Peſtifer in cunctis Caper eſt, morboſus vbiq́;,
Arent cuncta truci ſemina tacta pede.
Quid mala commemorem Capri nocumenta maligni?
Cum dens, pesq́; feri toxica dira ſatis.

Agricolę properate caprum mactare nocentem,
Agricolę tandem tollite ab orbe malum.
En Caper, en gladius, lanx, ignis, vina, ſacerdos,
En mola, iam ſacrum quiſq; ferite capsum.
Hoc fit frugiferæ Cereri, patriq; Lyæo,
Agreſtes animis (oro) fauete pijs.

In Eundem Hendecaſyllabum.

Donec non vituli caput ſceleſte
Quod debes, dederis, libello in iſto,
Infamis, rudis, indiſertus, amens,
Mendax, vaniloquus, profanus, exlex,
Fallax, perfidus, impudens, iniquus,
Anſer, pica, Corax, ſiniſtra Bubo,
Harpyia, ingluuies, vorago, fæda
Cunctorum ſcelerum cloaca, porcus,
Et demum caper in meis papyris.

In Pamphagum.

Neſcio quis captans cænas, & prandia lurco,
Perdices, Turdos, Cypridis optat aues.

Neſcio quis properat teneros lacerare palumbes,
Sed nimium celeri tarda columba parit.
Neſcio quis tandem notus vitatur ab omni,
Harpyia, ingluuies, vaſta voragago, lupus.
Eſuriens vlulat, queritur, maledicit, & odit,
Execrat, & ſocijs fata precatur atrox.
Sympoſijs, dapibus fruſtra verſatur, & hæret
Aſsiduus, naſo fercula cuncta vorat.
Curſitat huc, illuc, nuſquam conuiua, ſodalis
Excipitur, ſolo viuit odore miſer.
Infelix merito viuat, crucietur inanis,
Pamphagus, vſque fame, Tantalus, vſque ſiti.

Ad Falconem ſuum.

Cum nihil ex omni ſit Falco parte beatum,
Non propria queſtus conditione doles.
Cum vitium natura viro cuicunque creato
Præbeat, haud formæ fers male damna tuæ.
Officium, parteſque viri prudentis obortum
Perpetier, quantum dij voluere, malum.

Conſilio polles, varia dotatus & arte,
Doctrina, ingenio, relligione, fide.
Commiſſum quodcunq; pium moliris, ad vnguem
Efficis, ac addi nil, minuiq; poteſt.
Perceleber totum volitas (mihi crede) per orbem,
Mortales inter, qualis es inter aues.
Nam Falco, præpes, velox, ac ſtrenuus, acer,
Peruigil, ac ſolers, ingenioſus homo.

Ad Lupatum ſuum ſe domi continentem, & neſcioquid molientem.

Condoleo ſydus, fatum, ſi Gorgona cernens
Mutatus, rupes vnde Lupate manes.
Condoleo, & miſeror, ſi mons immobilis, aut si
Qui trahis a petra nomen, es ipſe lapis.
Quid ſegnis meditare domi? quid deniq; tecum
Tractas? quid fruſtra grande reuoluis opus?
Deſine, cede locum meliori, cede peritis,
Qui palmam, pretium ſerta, Trophæa ferunt.
Virtuti vitium cedit, Venus alma Mineruæ,
Doctrinæ Veneta ſtat decus vrbe graui.

Ergo redi liber, ſemotis vndiq; curis,
Sublata imprimis ambitione redi.
Te ſine Ciſſeis queritur, deplorat Oreſtes,
Hic matrem, natos perdita & illa ſuos.
Te ſine riſus abeſt, ſine te ſolatia deſunt,
Te ſine Palladium triſte ſodalitium.
Solamen venies Hecubæ, lenimen Oreſti,
Triſtitiæ & noſtrę (crede) leuamen eris.

Ad Eundem.

Quid ſtas? quidue facis? tractas? conare Lupate?
Quidue domi totum tempus inane teris?
Incertum, fallax, varium, mutabile tempus,
Quod tibi velle virum, quod tibi nolle feret.
Difficile eſt, quod quęris, opus, prouincia magna,
Pondus (crede mihi) grande ſubire cupis.
Officium molire pium, ſed inutile auaro,
Damnoſum, ſanctos conſule rite viros.
Quamuis potet Hydrops, quamuis ditescat auarus,
Semper auet tamen hic, ſemper & ille ſitit.

Improbitas inopem, falſum deceptio reddit,
Crudelem impietas, nec ſinit eſſe pium,
Ambitus elatum, prauumq́; opulentia rerum
Efficit, ingratum gratia nulla virum.
Quærat opes alius, titulos, mendicet honores,
Improbus, infælix, inſaturatus, inops.
Sit tibi cum muſis, tibi ſit cum Pallade dulci
Degere, Phœbæis ſemper ineſſe Choris.
Fœlix ſorte tua, modo ſi contentus amice,
Fœlix, diuitijs ſi ſatur eſſe velis.

Ad eundem ſe excuſantem.

Excuſas pluuiam, cœnum, boreamq́; frementem,
Excuſas longam, difficilemq́; viam.
Ardua, difficilis (fateor) via longa ſalutis,
Quis negat? hoc vero verius eſſe ferunt.
Non via, quam pergis, leua eſt, ſed dextera, perge,
Sudorem virtus corripienda refert.
Orpheus, Alcides, Cicero, Maro, Diuus Homerus,
Totq́; alij facilem non voluere viam.

Perfer, & obſerua, quicquid virtutis, honeſti,
Perfer, dum voti compos in orbe tui.
Sola tibi virtus ſat erit, ſapientia ſola,
Qua cum, ne dubita, tu bona cuncta feres.
Tolle moram, cauſasq́; moue, diſſolue catenas,
Si qua tenent, demum vincula rumpe, veni.
Si decus, & pretium Sophiæ, virtutis honorem
Optas, carpe viam, curre Lupate, vola.

Ad Eundem.

Veniſti tandem, veniſti ſæpe vocatus,
Optatusq́; diu, deniq; viſus ades.
Veniſti, tua nam pietas iucunda ſodali,
Vicit iter durum, difficilemq́; viam.
Vicit amor, vicit grauitas, ſapientia vicit
Ingenium, mentem, corq́;, animumq́; tuum.
Spreuit amor pluuiam, cœnum, boreamq́; fremẽtem,
Et laqueos, pedicas, vincula rupit amor.
En poſitis curis, en ambitione remota,
Faſce leuis ſaliens, caſſe ſolutus adis.

Liber ades, virtutis amans, ſtudioſus honeſti,
Pallados, & Phœbi cultor, & Aonidum.
En nos, en decet eſſe ſimul, decet ora tueri,
Et conferre gradum, ſtare, ſedere, loqui.
Conueſci crebro, ſemper verſarier vnà,
Authoresq; graueis voluere Cecropios.
En iuuat alternas audire, & reddere voces
Euripidis varij, melliſluiq; ſenis.
En confert Hecubæ triſtes ſentire querelas,
Atridę magni mitia verba viri.
Prodeſt Electram fratrem prohibere furentem,
Cernere, colloquium deq; ſalute pium.
Certe Hecubam ſolatus anum, ſolatus Oreſtem,
Solatus totum dulce ſodalitium.
Eia age lętemur, capiamus gaudia, agatur
Feſtum, tota dies hæc genialis eat.

Ad Bracteolum ſuum Compatrem Cariſſimum.

Conſpicuam ſtruxiſſe domum tibi grator, & amplã
Illuſtri patriæ Compater vrbe tuæ.

Gratulor, ac opto fœlicem ſemper habendam,
Bracteolis fauſtam nocte, dieq́; tuis.
Fata domum ſtabilem, ſedem tibi fata quietam,
Perpetuum (gaude) fata dedere focum.
Iam tibi parta quies, ſtatio firmiſsima, portus,
Hoſpitij tandem finis in orbe tui.
Dij tibi concedant faciles, his Ædibus annos
Neſtoris, & proli tempora longa tuę.
Quam gratum? quam dulce ſuos habitare penates?
Quàmq; bonum laribus ſtare, moriq́; ſuis?

Ad Eundem.

Quàm nunc eſſe domi, patria quàm viuere dulci?
Quàm vellem tectis ſtare, fruiq́; meis?
Diſplicet heu toties Veneta conducere in vrbe
Inſtabilem, variam, diſſimilemq́; domum.
Penſio iamq́; domus grauis eſt ſoluenda quotannis,
Sollicitum cruciat corq́;, animumq́; meum.
Heu quàm pœna, dolor mihi tecta aliena colenti,
Hei mihi iam quantus terror vbiq; ſeni?

Quàm graue, quàm durum mihi iam, quàm triſte, moleſtum,
Longinquis peregre ſemper ineſſe locis.
Dij mihi dent reditum, votis pia Numina noſtris
Aſpirent, laribus ſtare, moriq; meis.

Ad Claudium de Diuo Hieronymo.

Quę mea ſit quæris Claudi ſententia, verſus
Accipe, de Diuo miraq; noſce viro.
Hębræo, latio ſiquis, graioq; peritus
Eloquio, ſcriptor ſiquis & orthographus.
Excellens ſiquis rhetor, facundus in omni
Dogmate, veridicus rebus vbiq; ſuis.
Diuinus ſiquis vates, qui regula vatum,
Qui probitas Iuuenum, qui rata norma ſenum.
Doctrinæ ſiquis ſacræ ſcrutator, & ingens
Doctor, Chriſticolum firma columna virum.
Vir Sophię ſiquis, ſiquis virtutis, honeſti,
Officij, pacis, relligionis amans.
Siquis iuſtitiæ, ſiquis pietatis amansq;
Hic eſt, qui ſacro nomine nomen habet.

Hic bonus, hic verax, ſolers, ac integer vnus,
Hic humilis, patiens, fortis Athleta, pius.
Hic grauis, hic prudens, hic ſeruantiſſimus æqui,
Hic ſimplex, nulla labe notundus homo.
Pauca viri tanti (fateor) nam plurima, quiſnam
Concipiat paucis pluria geſta modis?
Qualis, quantus erat, ſi vis dignoſcere, vitam
Cerne ſuam, libros perlege, & hiſtorias.

Ad Amicum Spretorem munerum.

Munera miſſa pie non ſunt ſpernenda, ſuperbi eſt,
Spretoris retro mittere dona viri.
Ingenui eſt animi munus non temnere, quamuis
Exiguum, Dantis dummodo mentis opus.
Officium, partes ſynceri ſemper amici,
Accipere a notis qualiacunq; ſuis.
Suſcipe noſtra (precor) tandem munuſcula, tandem
Suſcipe iucunda, qua tibi fronte dedi.
En tibi turrigeræ pingui de lacte Cremonæ,
En tibi de patriæ fertilitate meæ.

Quod ſi conſerues, tribuet ientacula centum,
Centum, ſi pomis fercula ſola tuis.
Grandia non miſi (fateor) tibi munera, paruos
Parua decent. magnos grandia dona viros.
Det pretioſa potens, gemmas, argentea vaſa,
Aurea, diuitijs munera digna ſuis.
Sat mihi, ſi dederim noſtri quod pignus amoris,
Quod veteris noſtrę fædus amicitiæ.
Pondere non magno penſantur munera, verum
Corde, animo, vultu Dantis, amore, fide.

De Lupato.

Androphagus Lupus eſſe cupit probitate Lupatus,
Improbus humana carne vorator hiat.
Vult Leo, vult fieri vultur pietate Lupatus,
Impius, en quærit mortua, viua ſimul.
Pinguia carniuori tales corpuſcula quærunt,
Pinguia ſectantur, pinguia ſola colunt.
Huic auido caſſes, pedicasq; parate Leoni,
Ponite crudeli frena Lupata Lupo.

Ne Leo, neue Lupus veſtrum deturbet ouile,
Diſſipet, eripiat, de grege mactet oues.
Tendite iam viſcum, laqueos. prohibete volucrem,
Ne roſtro laniet viſcera, & exta voret.
Veh pecudi, cui paſtor atrox Lupus, aut Leo, vultur
Cuſtos. quid miſero, quid niſi fata gregi?
Vulturium prohibete viri, prohibete Leonem,
De ſacra imprimis æde cauete Lupum.
Dux, Princeps, Dominus, Rex, vult ditione vocari,
Vult pater in ſancta relligione Lupus.
Vos Catuli, magniq; canes latrate Lupato,
Ne panes, titulos, ne bona veſtra ferat.

Ad Magnificum Diui Ioannis Euangeliſtæ Collegij Cuſtodem.

Non animum panis cuſtos generoſe dolentem,
Nec querulum fecit Cæreus ille meum.
Sed me commouit mendax vox illa maligni,
Peruerſi necnon lingua doloſa viri.
Qui cuſtos, Rector, qui Conſiliarius ingens,
Qui dat, diſtribuit, qui iubet, atq; regit.

Proſilit huc, illuc, nunc intus, nunc foris ardens,
Vir ſagax, ſolers, officioſus adeſt.
Omnia pertractat, molitur, conficit vnus,
Omnia, nam prudens, ingenioſus homo.
Non ſine conſilio, ſine re, ratione, paratus,
Vnde lucrum, prædam nocte, dieq́; refert.
Quid memorē, qualis vir ſit? cum cognitus arte
Viuat, lucretur rebus vbiq; ſacris.
Dij dent mercedem, pretium quodcunq; meretur,
Dij tribuant factis præmia digna ſuis.

Ad eundem eiuſdem de mundi
prauitate Decaſtichum.

Nunc vitio virtus, Veneris ſapientia cedit,
Obliquo Rectum (cerne) maloq́; bonum.
Nunc laus eſt, ſiquis Leno, vel ſiquis adulter;
Si fur, ſacrilegus, ſiq́; homicida ferit.
Gloria nunc, & honor, ſcortari, viuere rapto,
Moliri contra iusq́;, piumq́; nefas.
Omne malum, vitiumq́; viget, ſtat culmine, nunq̃
Deterior mundo ſexus vterq; fuit.

Cauſa mali tanti, morum corruptio ſola eſt,
Ambitio, faſtus, dira libido, Venus.

De die Epiphaniæ Natali meo.

Lux, qua ſtella Magos ſolari duxit ab ortu,
Prima mihi fulſit clara, ſerena dies.
Lux, qua donarunt Infanti munera Reges,
Prima mihi nato grata, benigna fuit.
Lux, qua Chriſtus aquæ ſponſo mutauit odorem,
Prima quidem viſa eſt fauſta, beata mihi.
Lux, qua prima rudi fecit miracula mundo,
Lux, qua conſtituit Chriſtus in orbe fidem.
Lux, qua nulla dies melior, nec ſanctior anni,
Lux, quæ tot, tantis condecorata notis.
Lux, qua deterſit mundi baptiſmate labem,
Lux, qua ſtellifero lapſa columba polo.
Lux lux, quæ regimen feſtis, quæq; annuus ordo,
Lux lux chriſticolis peruenerанda viris.
Alma dies cantanda mihi, celebranda quotannis,
Alma mihi ſemper lux genialis erit.
Hac mihi luce ſato fient conuiuia, fient,
Gaudia, Sympoſijs congrua feſta pijs.

Lætitiæ dator ecce Deus, datrix ac bona Iuno;
Comede, compota Dulce ſodalitium.
Vos gaudere velim, meus eſt Natalis, abunde
Funde merum, canta Carmina quiſquis ades.
Exulta, lætare pie, cape gaudia mecum,
Exhilara, geſti, concine, lude, ſali.

Ad Bartholomæum Bracteolum.

Officium, parteſq; tuas male ſuſpicor anceps,
Ne tibi ſorte datum tempus inane ſinas.
Cur mihi non ſcribis? Cur non Epigrammata cerno?
Cur aliquod tandem nec breue Epiſtolium?
Ocia, ſegnitiem, ſomnum, mala gaudia, ludos
Confuge, Palladijs cuncta maligna bonis.
Tolle moram, propera, iam nunc oſtende profectũ,
Ingenium monſtra, dogma, Sophoſq; tuum.
Accelera, bene ſiquid agis, nec differ in horas.
Semper obeſt, longum quicquid in orbe trahis.
Vita quidem breuis eſt, ars vero longa, libellos
Perlege, conde animo quodq; ſalubre tuo.

Dum tibi virtutem capias hinc, inde perennem,
Dum ramum inuenias, arbore quære tua.
Bractea (crede mihi) ramus (crede) aureus ille eſt,
Vnde Domus clarum nomen vbiq; tuæ.
Iam decus, & nomen ſerua, grandiq; paternum,
Iamq; domum Illuſtrem dogmate redde tuam.
Eia age ſponte libens animo promptiſſimus omni,
Excellas, ſuperes geſta paterna, tuis.

Ad Ludouicum Benalium ſuum Amicorum Optimum.

Quem celebris mihi fama prius deuinxit amicum,
Quem mihi Mos ſimilem, quem ſacer ordo parem.
Quem probitas, virtus, grauitas, prudentia ſolers,
Ingenium, dogma, gratia, cana fides.
Quē plebs, quemq; Κοινῶν Ἀρχὸς quem deniq; dignū
Extulit, & titulos, & decus omne tulit.
Te colo, te celebro, veneror Ludouice colendum,
Dulce ſodalitium, dulce decusq; meum.
Ceu Niſo Euryalus, Pylades ceu fidus Oreſti,
Ceu Pythiæ Damon, ſic tibi fidus ego.

Ambo

Ambo concordes, ambo conuenimus, ambo
Vuanimes, velle, nolle duobus idem.
Viuamus ſimul ergo (precor) verſemur, amenus,
Vnum par verę ſimus amicitiæ.

V

DE CONSVLTATIONE Virtutis, & Vitij, deq; Apollinis Reſponſo.

PHOEBE refer, ꝗd agā, mōſtra, ꝗd ꝑſequar anceps,
Num fas, numq́; malum, num ſcelus, anue bonū?
Diſtrahor hinc, illinc dubius, miſer omnibus horis,
Virtus an vitio præſtet, an vtilior.
Aure lupum teneo. Scylla, verſorq́; Carybdi,
Ancipiti voluor nocte, dieq; vice.
Eia age, quid peragam, quid tandem moliar, ede,
Conſule, cor, mentem libera Apollo meam.
Virtus (cerne) iacet, nulli miſerabilis, en q̄ꝫ
Alget inops, expes q̄ꝫ vaga, nuda, gemit.
En vitium ſublime viget, viget enq́; malignum,
En ſcelus, enq́; nefas, dedecus, opprobrium.
Vtilius quodcunq; malum virtute, quid hæres?
Hinc decus, hinc pretiū, laus, honor, omne bonū,

Contra Apollinem.

Phœbe licet vates ſolers, licet vſq; ſeuerus
Augur, reſponſis certus Apollo tuis,
Hic tamen incertus, mendax, falſusq; fuiſti,
Conſulti inſipiens, neſcius atq; mei.
Virtuti vitium præfers, dextroq; ſiniſtrum,
Obliquum recto Phœbe, malumq; bono.
Non bene, ſed falſo, mihi nunc reſponſa dediſti,
Falſa quidem, cordi praua, maligna meo.
Nam vitio melior virtus, dextrumq; ſiniſtro,
Obliquo rectum Phœbe, bonumq; malo.
Apparent (fateor) ſimul ac peruerſa videntur
Omnia, perpetuis obuia facta bonis.
Ingenio ruditas, Sophiæ dementia, recto
Obliquum, pulchro turpe, bonoq; malum.
Obruta quippe gemit virtus, doctrina malignis,
Ignaris, fatuis ſpreta, fugata viris.
Sed tandem emerget, tandem reuocata vigebit
Virtus, dogma, Sophos, candor, & officium.

De Biuÿ conſultatiône, deq; Chriſti
Conſilio ſalubri.

Chriſte moue, quid agam, monſtra, quid moliar (oro)
Conſule nuum dexter, numq; ſiniſter eam.
Attrahor huc, illuc erro, vagus omnibus horis,
Inſtabilis, varius, nolo, voloq; ſimul.
Heu ſaxum, & ſacrum, ſcopulos, ſymplegadas inter
Conteror, ambigua ſegnis, inersq; vice.
Eia age, quid tentem, quid tandem proſequar, ede,
Inſtrue cor, mentem dirige Chriſte meam.
Linque viam, quã turba terit, moritura, ſiniſtram,
Plana licet, facilis, lata, benigna, leuis.
Leua necis (mihi crede) via eſt, via dextera vitæ;
Ardua, difficilis, arcta, maligna, grauis.
Hanc molire viam, quam Dux tibi præuius egi,
Quam triui, docui, quàm cito carpe viam.
Hac decus, hac pretiũ, laus, gloria, palma, triumphus,
Meta, quies, portus, gaudia, vita, ſalus.

De flebili fato cuiuſdam, & exitio Carmen.

Quid genus antiquũ? Proaui? qd ſtēmata proſunt?
Quid tituli? laudes? quid decus omne tuum?
Quid tua nobilitas? ſplendor? prudentia, robur?
Ingenium? linguæ gratia mira tuę?
Quid te tot naues? tot prędia, tot lucra, gemmæ?
Theſauri? torques? aurea vaſa iuuant?
Quid variæ merces? auri quid pondera? quidnam
Multiplicum varius grandis aceruus opum?
Tot bona fortunæ fati monumenta nefandi,
Perfidię, opprobrij, dedecoriſq; tui,
Exitium peperere tuum, peperere ruinam
Diuitię, terra geſta, mariq; tua.
Exitium crudele tuum, crudele, piumq;,
Pro patria, in patriam mors tibi lata tuam.
Heu miſer, infœlix, perfoßus pectora, vitam
Egiſti, functus, vixq; relatus inops.
Stratus humi, nuduſq; iaces pauperrimus, heu ꝙ,
Heu mors ꝙ Veneta triſtis in vrbe tua.
Heu fatum indignum, fatum miſerabile, fatum
Flebile pauperibus ſæpe, diuq; tuis.

Fatum inuiſum, fatum deteſtabile & hoſti,
Conſocio, ſonti, carnificiq́; tuo.
Trux ſibi morte tua vitam Maphæe, ſalutem
Sperat, perfidiæ ſtare modumq́; ſuæ.
Nulla fides prauis, pietas, miſeratio nulla,
Nulla ſalus notæ ſeditionis erit.
Non pax, non requies, finis, nec meta malignis,
Sontibus, & nocuis vlla futura viris.
Vita grauis, grauior mors, peior, peſſima cunctis
Hoſtibus Adriacę gentis vbiq́; feris.

De infælici fato deprehenſorum,
ad Venerem, & Cupidinem.

Alma Venus q̃d agis? quid agis pharetrate Cupido?
Allicis vt perdas mitis amore tuos?
Dulcis amor, iucunda Venus, ſi perdis amantes,
Quis tua caſtra velit miles acerba ſequi?
Deficient omnes, fugient vir, fœmina ſęuam
Militiam ſęua perditione tuam.
Caſtra breui deſerta ruent tua (crede) Cupido,
Si pateris pugiles, ſiue perire procos.

Cornicines, Pſaltas quoq; tu ſi conficis enſe,
Quis cantet laudes? quisue Trophæa ſonet?
Non Lyra, non Citharæ, Cornu, non tibia, Plectrum,
Non Choreæ, cantus, gaudia, feſta, ioci.
Omnia muta tibi fient, tibi ſurda manebunt
Organa, crudeli Muſica ulla tibi.
En duo proſtrati, violenta cæde perempti,
Inſignis mulier, Daphnis & alter erat.
Orpheus, Amphion alter miſerandus ab omni,
Virtute, ingenio, nobilitate, ſono.
Deprenſi, ſubito iugulati, cerne iacentes,
En ſimul in rubro fœmina, virq; toro.
Alma Venus reliquis, reliquis ſuccurre Cupido,
Per te nam gladio ſexus vterq; ruit.
Si regnum vis ſtare tuum, defende Cohortes,
Sufficito, inſtaura nocte, dieq; Duces.
Dulcis amor quoſcunq; viros tua caſtra ſequentes
Protege, conſerua, conde, tuere, foue.

In Venerem, & Cupidinem.

Fæda Venus, quid agis? quid agis ſcelerate Cupido?
Quid violas pueros in tua caſtra rudes?
Turpis Amor, ſcelerata Venus quid in arma tyrones
Allicis? ignaros ad tua bella rapis?
Inſolitos cogis iuuenes, cogisq; puellas,
Cogis inexpertos in tua furta viros.
In furias, ignemq; tuum quoſcunq; ruentes,
Inſanos, fatuos, pręcipitesq; facis.
Diſtrahis infauſtos, vrgesq; per auia flentes,
Per miſeram ſortem ſemper vbiq; ſuam.
Ah Venus infœlix Venus, ah peruerſe Cupido,
Cur iuuenes turpi fallis Amore leues?
Dulce prius miſeris quoddam, tum fundis amarum,
Propinas rudibus dira venena tuis.
Dulce quidẽ exiguũ, ſed plus, ſed maius acerbũ eſt,
Dedecus, opprobrium fæde Cupido tuum.
Plus Aloes, q̃ mellis habent tua gaudia, dulci
Virus ineſt, melli toxica miſta tuo.
Non dolor, erumnę, ſpolium, non vulnera, cędes?
Non mors militibus nocte dieq; tuis?

Expertus quicunq; gemit, flet, pectora tundit,
Te vocat obſcenam, teq; Cupido ferum.
Quis vos non fugiat turpes? non vndiq; fœdos?
Reſpuat? ac toto pellat ab orbe truces?
Fœda Venus, ſcelerate procul diſcede Cupido,
Mater, Nate, ſimul ambo valete mali,

De vero Amore, & Venere vera.

Verus Amor, ſyncera Venus cantanda Poætis,
Omnibus eximijs percelebranda viris.
Vera Venus, ſyncærus Amor, qui iungit amantes,
Ex animo cunctis peruenerandus Amor.
Hunc pueri, iuuenes, Nymphæ, lętęq; puellę,
Matronæ cuncti percelebrate viri.
Hic genus humanum genuit, genus omne bonorum,
Quicquid, Amor genuit, quicquid, & ipſa Venus.
Si Venerem perdis, ſi verum tollis Amorem,
Quid mundus? tandem quid quod vbiq; bonum?
Dic (rogo) non ne chaos? non indigeſta, rudisq;
Moles? confuſum non ne, & inane foret?
Verus Amor mundi ſtatuit primordia, ſolem
Fecit Amor, Lunam, ſydera cuncta poli.
Omne decus, quodcunq; bonum, quodcunq; per orbẽ
Humano generi (crede) peregit Amor.
Omnia debemus Veneri, debemus Amori
Omnia, qui nobis omnia fecit Amor.
Laudemus Venerem grati, celebremus Amorem,
Cantemus ſolum ſemper in orbe Deum.

Ad Collegium Diui Ioannis Euangeliſtæ ſub Cuſtode Sebaſtiano a ſole circa Electionem ſacerdotum ſuorum.

Qui veluti Stellæ nitido ſub ſole micantes,
De veſtra tenebras mente leuate graui.
Cernite ſplendorem ſolis, lucemq; iuuantem,
Quo bene conceptum perficiatis opus.
Cernite virtutes hominum, commercia, mores,
Cernite doctrinam, cernite dogma, Sophos,
Cernite gens tandem Diuino lumine verum,
Cernite iudicio iusq;, piumq; pari.
Cernite ſolertes, celebreis, ac rite peritos,
In veſtrum, inq; Crucis gens decus, obſequium.
Non facinus, crimen, veſtrum corrumpat honorem,
Necnon ſyncæram fœdet in æde fidem.
Non prece, nec pretio, pietas ſimulata reportet
Palmam, nec gemino gratia flexa genu.
Sed meritum, candor, probitas, prudentia virtus,
Sola decus, pretium ſola Trophæa ferat.
Sic Deus exhibeat dignam, quācunq; mereris,
Mercedem factis turba benigna tuis.

Ad Idem propter electionem peßimam.

Qui veluti nebulæ ſub fuſco ſole nigrantes,
Lumen de veſtra mente fugate leui.
Colligite obſcuras noctes, vmbrasq; nocentes,
Inſidias, fraudes, decipulasq; graues.
Colligite errones, miſeros, ratione carentes,
Doctrina vacuos, ingenioq; rudes.
Colligite inſidos, prauosq; vocate, prophanos,
Sacrilegos, contra iusq; piumq; truces.
Colligite infames, fædos, turpes, inhoneſtos
In veſtrum, inq; Crucis dedecus, opprobrium.
Num ſcelus infandum? num deteſtabile crimen?
Num facinus, ficta cum pietate malum?
Quis prece, quis pretio veſtrum laudabit honorem?
Quis nam fædatam tollet in æde fidem?
Non meritum probitas, candor, non premia virtus,
Sed vitium, fletus, ſubdolus, arsq; tulit.
Sic Deus exhibeat dignam, quācunq; mereris,
Mercedem factis turba maligna tuis.

Sic benedictus eris, populoq; beaberis omni,
Obſequio, promptu, re, pietate, fide.
Sic bonus, & melior fies, ſic optimus iſtis
Officijs, geſtis efficiere pijs.

De Donato Principe.

Dux optatus adeſt, populo gratiſsimus omni,
Donatus, Veneti quem voluere patres.
Dux tandem Adriacæ datus eſt diuinitus vrbi,
Quo diues, felix, fauſta, beata foret.
Dux grauis, & prudens, iuris ſeruator, & æqui,
Officij, cultus, relligionis amans.
Dux pius, & clemens, quo ſub Duce copia rerum,
Vbertas victus, pacis & alma quies.
Dux quo ſtat populus concors, ſanctusq; Senatus,
Dux, quo ſunt Venetis aurea ſæcla viris.
Dij talem ſeruate Ducem, date Neſtoris annos,
Ætates pylij ſecula trina Duci.
Dij donate pij Donato gaudia vitæ,
Dij (precor) & meritis præmia digna ſuis.

Ad Ludouicum Dulcem.

Eloquio ſuperas Dulci Ludouice liquorem
Hyblæum, vincis Nectar, & Ambroſiam.
Dulce tibi Dulci nomen, tibi dulcior extat
Lingua, tibi Dulci Dulcius ingenium.
Non vates ſolum toto celeberrimus orbe es,
Sed regimen vatum, dogma, poæma, Sophos.
Hinc Petrarcha libens, Danthes, Maro, cedit Homerus,
Sanctior, vberior nam tua Muſa ſuis.
Viue diu fęlix mundo Dulciſſime, vince
Neſtora, Tithonum, ſisq; perennis olor.

De Ludouico

De Ludouico Armorum fauſto, ſimul & infauſto.

Quàm bene fauſtus eram, q̃ fœlix, quamq́; beatus,
Cum mihi naturæ cuncta tributa forent.
Strenuus, inſignis, ſapiens, perfectus ab omni
Parte, boni quicquid nam mihi in orbe datum.
Æris, & argenti, auri, gemmę, diues & agri,
Diues opum, grandis diues amicitię.
Fœlix, ſi mitis, fœlix, ſi forte quietus,
Contentus tandem conditione mea.
Improbus en pereo, cunctis deſpectus amicis,
En grauis, enq́; ferox impietate necor.
Cernite me miſerum, violentæ cernite morti
Fune manus vinctum, fune pedesq́; trahi.
Cernite me mutilum, me caßum lumine, meq́;
Non hominem, ſtratum turpe cadauer humi.
Heu fatum inuiſum, fera ſors, crudele, malignum
Sydus fœlici tot nece, tanta ferens.
Veſtra ſorte viri contenti viuite mundo,
Viuite, & exemplo praua cauete meo.

Contra Apollinem.

Phœbe licet vates ſolers, licet vſq; ſeuerus
Augur, reſponſis certus Apollo tuis,
Hic tamen incertus, mendax, falſusq; fuiſti,
Conſulti inſipiens, neſcius atq; mei.
Virtuti vitium prefers, dextroq; ſiniſtrum,
Obliquum recto Phœbe, malumq; bono.
Non bene, ſed falſo, mihi nunc reſponſa dediſti,
Falſa quidem, cordi praua, maligna meo.
Nam vitio melior virtus, dextrumq; ſiniſtro,
Obliquo rectum Phœbe, bonumq; malo.
Apparent (fateor) ſimul ac peruerſa videntur
Omnia, perpetuis obuia facta bonis.
Ingenio ruditas, Sophiæ dementia, recto
Obliquum, pulchro turpe, bonoq; malum.
Obruta quippe gemit virtus, doctrina malignis,
Ignaris, fatuis ſpreta, fugata viris.
Sed tandem emerget, tandem reuocata vigebit
Virtus, dogma, Sophos, candor, & officium.

De Biuij conſultatione, deq; Chriſti
Conſilio ſalubri.

Chriſte moue, quid agam, monſtra, quid moliar (oro)
Conſule nuum dexter, numq; ſiniſter eam.
Attrahor huc, illuc erro, vagus omnibus horis,
Inſtabilis, varius, nolo, voloq; ſimul.
Heu ſaxum, & ſacrum, ſcopulos, ſymplegadas inter
Conteror, ambigua ſegnis, inerſq; vice.
Eia age, quid tentem, quid tandem proſequar, ede,
Inſtrue cor, mentem dirige Chriſte meam.
Linque viam, quã turba terit, moritura, ſiniſtram,
Plana licet, facilis, lata, benigna, leuis.
Leua necis (mihi crede) via eſt, via dextera vitę;
Ardua, difficilis, arcta, maligna, grauis.
Hanc molire viam, quam Dux tibi prӕuius egi,
Quam triui, docui, quàm cito carpe viam.
Hac decus, hac pretiũ, laus, gloria, palma, triumphus,
Meta, quies, portus, gaudia, vita, ſalus.

De flebili fato cuiuſdam, & exitio Carmen.

Quid genus antiquũ? Proaui? qd ſtẽmata proſunt?
Quid tituli? laudes? quid decus omne tuum?
Quid tua nobilitas? ſplendor? prudentia, robur?
Ingenium? linguæ gratia mira tuę?
Quid te tot naues? tot prędia, tot lucra, gemmæ?
Theſauri? torques? aurea vaſa iuuant?
Quid variæ merces? auri quid pondera? quidnam
Multiplicum varius grandis aceruus opum?
Tot bona fortunæ fati monumenta nefandi,
Perfidię, opprobrij, dedecoriſq; tui,
Exitium peperere tuum, peperere ruinam
Diuitię, terra geſta, mariq́; tua.
Exitium crudele tuum, crudele, piumq́;,
Pro patria, in patriam mors tibi lata tuam.
Heu miſer, infœlix, perfoſſus pectora, vitam
Egiſti, functus, vixq́; relatus inops.
Stratus humi, nuduſq; iaces pauperrimus, heu q̃;,
Heu mors q̃; Veneta triſtis in vrbe tua.
Heu fatum indignum, fatum miſerabile, fatum
Flebile pauperibus ſæpe, diuq́; tuis.

Fatum inuiſum, fatum deteſtabile & hoſti,
Conſocio, ſonti, carnificiq; tuo.
Trux ſibi morte tua vitam Maphæe, ſalutem
Sperat, perfidiæ ſtare modumq; ſuæ.
Nulla fides prauis, pietas, miſeratio nulla,
Nulla ſalus notæ ſeditionis erit.
Non pax, non requies, finis, nec meta malignis,
Sontibus, & nocuis vlla futura viris.
Vita grauis, grauior mors, peior, peſſima cunctis
Hoſtibus Adriacæ gentis vbiq; feris.

De infælici fato deprehenſorum,
ad Venerem, & Cupidinem.

Alma Venus qd agis? quid agis pharetrate Cupido?
Allicis vt perdas mitis amore tuos?
Dulcis amor, iucunda Venus, ſi perdis amantes,
Quis tua caſtra velit miles acerba ſequi?
Deficient omnes, fugient vir, fœmina ſæuam
Militiam ſæua perditione tuam.
Caſtra breui deſerta ruent tua (crede) Cupido,
Si pateris pugiles, ſiue perire procos.

Cornicines, Pſaltas quoq; tu ſi conficis enſe,
Quis cantet laudes? quis ue Trophæa ſonet?
Non Lyra, non Citharæ, Cornu, non tibia, Plectrum,
Non Choreę, cantus, gaudia, feſta, ioci.
Omnia muta tibi fient, tibi ſurda manebunt
Organa, crudeli Muſica nulla tibi.
En duo proſtrati, violenta cæde perempti,
Inſignis mulier, Daphnis & alter erat.
Orpheus, Amphion alter miſerandus ab omni,
Virtute, ingenio, nobilitate, ſono.
Deprenſi, ſubito iugulati, cerne iacentes,
En ſimul in rubro fœmina, virq; toro.
Alma Venus reliquis, reliquis ſuccurre Cupido,
Per te nam gladio ſexus vterq; ruit.
Si regnum vis ſtare tuum, defende Cohortes,
Sufficito, inſtaura nocte, dieq; Duces.
Dulcis amor quoſcunq; viros tua caſtra ſequentes
Protege, conſerua, conde, tuere, foue.

In Venerem, & Cupidinem.

Fæda Venus, quid agis? quid agis ſcelerate Cupido?
Quid violas pueros in tua caſtra rudes?
Turpis Amor, ſcelerata Venus quid in arma tyrones
Allicis? ignaros ad tua bella rapis?
Inſolitos cogis iuuenes, cogisq́; puellas,
Cogis inexpertos in tua furta viros.
Infurias, ignemq́; tuum quoſcunq; ruentes,
Inſanos, fatuos, pręcipitesq́; facis.
Diſtrahis infauſtos, vrgesq́; per auia flentes,
Per miſeram ſortem ſemper vbiq; ſuam.
Ah Venus infœlix Venus, ah peruerſe Cupido,
Cur iuuenes turpi fallis Amore leues?
Dulce prius miſeris quoddam, tum fundis amarum,
Propinas rudibus dira venena tuis.
Dulce quidē exiguū, ſed plus, ſed maius acerbū eſt,
Dedecus, opprobrium fæde Cupido tuum.
Plus Aloes, q̄ mellis habent tua gaudia, dulci
Virus ineſt, melli toxica miſta tuo.
Non dolor, erumnę, ſpolium, non vulnera, cędes?
Non mors militibus nocte dieq́; tuis?

Expertus quicunq; gemit, flet, pectora tundit,
Te vocat obſcenam, teq; Cupido ferum.
Quis vos non fugiat turpes? non vndiq; fœdos?
Reſpuat? ac toto pellat ab orbe truces?
Fœda Venus, ſcelerate procul diſcede Cupido,
Mater, Nate, ſimul ambo valete mali,

De vero Amore, & Venere vera.

Verus Amor, ſyncera Venus cantanda Poetis,
Omnibus eximijs percelebranda viris.
Vera Venus, ſyncærus Amor, qui iungit amantes,
Ex animo cunctis peruenerandus Amor.
Hunc pueri, iuuenes, Nymphæ, lętęq; puellę,
Matronæ cuncti percelebrate viri.
Hic genus humanum genuit, genus omne bonorum,
Quicquid, Amor genuit, quicquid, & ipſa Venus.
Si Venerem perdis, ſi verum tollis Amorem,
Quid mundus? tandem quid quod vbiq; bonum?
Dic (rogo) non ne chaos? non indigeſta, rudisq;
Moles? confuſum non ne, & inane foret?
Verus Amor mundi ſtatuit primordia, ſolem
Fecit Amor, Lunam, ſydera cuncta poli.
Omne decus, quodcunq; bonum, quodcunq; per orbē
Humano generi (crede) peregit Amor.
Omnia debemus Veneri, debemus Amori
Omnia, qui nobis omnia fecit Amor.
Laudemus Venerem grati, celebremus Amorem,
Cantemus ſolum ſemper in orbe Deum.

Ad Collegium Diui Ioannis Euangeliſtæ ſub Cuſtode Sebaſtiano a ſole circa Electionem Sacerdotum ſuorum.

Qui veluti ſtellæ nitido ſub ſole micantes,
De veſtra tenebras mente leuate graui.
Cernite ſplendorem ſolis, lucemq; iuuantem,
Quo bene conceptum perficiatis opus.
Cernite virtutes hominum, commercia, mores,
Cernite doctrinam, cernite dogma, Sophos,
Cernite gens tandem Diuino lumine verum,
Cernite iudicio iusq;, piumq; pari.
Cernite ſolertes, celebreis, ac rite peritos,
In veſtrum, inq; Crucis gens decus, obſequium.
Non facinus, crimen, veſtrum corrumpat honorem,
Necnon ſyncæram fœdet in æde fidem.
Non prece, nec pretio, pietas ſimulata reportet
Palmam, nec gemino gratia flexa genu.
Sed meritum, candor, probitas, prudentia virtus,
Sola decus, pretium ſola Trophæa ferat.
Sic Deus exhibeat dignam, quãcunq; mereris,
Mercedem factis turba benigna tuis.

A d Idem propter electionem peſſimam.

Qui veluti nebulæ ſub fuſco ſole nigrantes,
  Lumen de veſtra mente fugate leui.
Colligite obſcuras noctes, vmbrasq; nocentes,
  Inſidias, fraudes, decipulasq; graues.
Colligite errones, miſeros, ratione carentes,
  Doctrina vacuos, ingenioq; rudes.
Colligite inſidos, prauosq; vocate, prophanos,
  Sacrilegos, contra iusq; piumq; truces.
Colligite infames, fœdos, turpes, inhoneſtos
  In veſtrum, inq; Crucis dedecus, opprobrium.
Num ſcelus infandum? num deteſtabile crimen?
  Num facinus, ficta cum pietate malum?
Quis prece, quis pretio veſtrum laudabit honorem?
  Quis nam fœdatam tollet in æde fidem?
Non meritum probitas, candor, non premia virtus,
  Sed vitium, fletus, ſubdolus, arsq; tulit.
Sic Deus exhibeat dignam, quãcunq; mereris,
  Mercedem factis turba maligna tuis.

Ad Nicolaum Carolum Decaſtichum.

Salue Nicoleos populi victoria, ſalue,
Qui Carolæ ſplendor ſtirpis, honorq́; tuæ.
Qui decus, & Venetę gentis, virtutis amator,
Doctrinæ, Sophiæ cultor, & ingenij.
Qui grauis, & prudens, inſignis, nobilis, ęquus,
Humanus, comis, officioſus homo.
Qui pius, & clemens inopi, miſerator egentis,
Pupilli, viduæ, virginis auxilium.
Dij tibi dent quodcunq; bonum, quodcunq; ſalubre,
Dij tandem & meritis regna beata tuis.

Ad Iacobum Octobonum Decaſtichum.

Qui vice multiplici bonus es cognomine dictus,
Sis melior meritis, dum potes, ipſe tuis.
Eſto pius, mitis, clemens, affabilis, æquus,
Idem pauperibus, diuitibusq́; viris.
Solue libens inopi, miſero ſuccurre petenti,
Mercedem propera reddere cuiq́; ſuam.

Sic benedictus eris, populoq́; beaberis omni,
Obſequio, promptu, re, pietate, fide.
Sic bonus, & melior fies, ſic optimus iſtis
Officijs, geſtis efficiere pijs.

De Donato Principe.

Dux optatus adeſt, populo gratiſſimus omni,
Donatus, Veneti quem voluere patres.
Dux tandem Adriacæ datus eſt diuinitus vrbi,
Quo diues, fœlix, fauſta, beata foret.
Dux grauis, & prudens, iuris ſeruator, & æqui,
Officij, cultus, relligionis amans.
Dux pius, & clemens, quo ſub Duce copia rerum,
Vbertas victus, pacis & alma quies.
Dux quo ſtat populus concors, ſanctusq́; Senatus,
Dux, quo ſunt Venetis aurea ſæcla viris.
Dij talem ſeruate Ducem, date Neſtoris annos,
Ætates pylij ſęcula trina Duci.
Dij donate pij Donato gaudia vitæ,
Dij (precor) & meritis præmia digna ſuis.

Ad Ludouicum Dulcem.

Eloquio ſuperas Dulci Ludouice liquorem
Hyblæum, vincis Nectar, & Ambroſiam.
Dulce tibi Dulci nomen, tibi dulcior extat
Lingua, tibi Dulci Dulcius ingenium.
Non vates ſolum toto celeberrimus orbe es,
Sed regimen vatum, dogma, poæma, Sophos.
Hinc Retrarcha libens, Danthes, Maro, cedit Homerus,
Sanctior, vberior nam tua Muſa ſuis.
Viue diu felix mundo Dulciſsime, vince
Neſtora, Tithonum, ſisq́; perennis Olor.

De Ludouico

De Ludouico Armorum fauſto, ſimul & infauſto.

Quàm bene fauſtus eram, q̃ʒ fœlix, quamq́; beatus,
Cum mihi naturæ cuncta tributa forent.
Strenuus, inſignis, ſapiens, perfectus ab omni
Parte, boni quicquid nam mihi in orbe datum.
Æris, & argenti, auri, gemmę, diues & agri,
Diues opum, grandis diues amicitię.
Fœlix, ſi mitis, fœlix, ſi forte quietus,
Contentus tandem conditione mea.
Improbus en pereo, cunctis deſpectus amicis,
En grauis, enq́; ferox impietate necor.
Cernite me miſerum, violentæ cernite morti
Fune manus vinctum, fune pedesq́; trahi.
Cernite me mutilum, me caſſum lumine, meq́;
Non hominem, ſtratum turpe cadauer humi.
Heu fatum inuiſum, fera ſors, crudele, malignum
Sydus fœlici tot nece, tanta ferens.
Veſtra ſorte viri contenti viuite mundo,
Viuite, & exemplo praua cauete meo.

Ad Donatum Principem.

Qualiacunq; tui Stephani bellaria Princeps
Suſcipe fronte hilari, qua dota dona ſoles.
Suſcipe, parua licet, noſtra hæc munuſcula, magnum
Cor dantis, magnam reſpice (quæſo) fidem.
Suſcipe cum dono Stephanum Patrone clientem,
Suſcipe, ſubſidijs auxiliare pijs.
Dux inopi Stephano Dominus, protector, Alumnus,
Suſceptor, pater es, tu Deus ipſe tuo.
Iam manda, committe, iube, dic, præcipe, ſiquid,
Imperita quod vis. cuncta libenter aget.

De Campana ſagaci fure, & lat onc.

Fur lat o ſagax campana, homicida peri us,
Exuit, & iugulat nocte dieq; viros.
Proditor inſignis, ſolers graſſator, opacum
Exitium, varię gentis operta lues.
Tale ſcelus nunq̃, facinus nec tale futurum,
Nec talem mundo (credite) carnificem.
Auro queq; necat audax vir ſanguinis, auro
Quodq; nefas, auro conficit omne malum.
Auro Maphęum necuit crudelis amicum,
Inſontem, incautum fraude, doloq; pium.
Quæſitus latuit, ſed mox mercede vocatus
Affuit, & cædis pręmia dira tulit.
Prodidit Ericium, Ludouicum nomine ab armis
Suſtulit, innumeros hic dedit ære neci.
Dij bene, ſi Romę cædem molirier auſus,
Perſonuit, captus fune pependit atrox.
Podice ſuſpenſus reſonans Campana pepedit,
Cum crepitu vitam fudit, atroxq; perijt.
Securus, quicunq; domi, quicunq; peregre eſt,
Stat, vadit faciles ſoſpes vbiq; vias.

In Gallulum implumem Gallinæ albę filium.

Gallulus implumis Gallinæ filius albæ;
Infelix, pennis ni fouet alba parens.
Sed ſine matre breui, borea veniente, peribis,
Nudulus, huc, illuc voce tremente vagus.
Alma Ceres, liberq́; ſimul, tegmenq́; trementi
Deficiet, vere tunc morieris inops.
Quid miſer, infælix, quid tunc mi Gallule dices?
Cum tibi mors, frigus, cum ſitis, atra fames?
Gallule tunc lachrymas, gemitus, ſuſpiria duces,
Percuties pugnis pectus inane tuis.
Non ego vana loquor, nec quicꝙ̄ Gallule fingo,
Vaticinor (vati crede) miſellus eris.

In Graculum implumem Cornicis atræ Filium.

Graculus implumis Cornicis filius atræ,
Infælix, auido ni detur eſca tibi,
Gracule Cornicis proles turpiſsima Stannæ,
Quid iactas? garris? quid maledicis inops.
Gracule me ne petis roſtro? me gracule mordes?
Quem perames, lædis? quem venerere, noces?
Quid furis ah demens? quidnam baccharis inique?
Immemor officij praue, maligne pij?
Non mirũ ingrati proprium, propriũq; maligni eſt,
Moliri, loquier qualiacũq; libet.
Det Nemeſis pretium, tibi det quodcunq; mereris,
Gracule, fœde, vorax, improbe, praue, rapax.

In Gallinam furem omnium furaciſſ.

Hermogenes celeber latro, fur inclytus olim,
Nocte, die quicquid ſurripiebat atrox.
Autolicus furti fama cantatus vbiq; eſt,
Cui piceata manus, cui manus vnca fuit.
Nil tamen Autolicus Gallinæ, nilq; rapaci,
Hermogenes, adeo fur bonus arte viget.
En Gallina rapax, rapit hinc, rapit inde, videnti
Surripit, abſcondit, denegat, atq, tenet:
Concludit, reſerat, confictis clauibus omnes
Capſas, occulte ſubtrahit omne bonum.
Non fuit, eſt, nec erit toto furacior orbe,
Mercurium quando vinceret arte ſuum.

In Eundem improbum, impium, ac infidelem.

Improbiias Gallina grauis, grauis, ac tua tanta
Ingluuies, ventris tanta vorago tui.
Ganeo non bulbos, cepas, non allia quæris,
Non rutam, raphanum, non olus acre petis.
Solum conditas epulas, bellaria ſolum,
Solum viſceribus vis bona fercla tuis.
Indulges Gallina gulæ, ventriq; voraei
Inuigilas, ὄρνις num Deus eſca tibi ?
Improbus ὄρνι vorax vultur, gryps ὄρνι malignus,
Impius in patres, impius inq; Deos.
Quæ pietas ? cui nullus amor, cui, nulla parentum
Cura, fides nulla eſt, nullaq; relligio ?
Quid mirum? cum Turca ſatus, cum ſanguine Turcæ
Cretus, cum ſtannæ filius, eſſe ἄθεοι.
Omne malum Gallina malo tibi conuenit ater,
Omne decet Turcam faſq; nephaſq; virum.

In eundem garrulum elinguem verſificatorem.

Garrulus, elinguis, mutus, mirabile monſtrum,
Rabula, cum nugax ante, loquaxq; fores.
Garrule quid mutis? cur non reſponſa petenti
Reddis? curq; diu ſtas ſine voce? refer.
Garrulitas vbi tanta tibi? tibi copia tanta
Nugarum? quidnam garrule mute taces?
Euome, rumpe moram, canta, ne differ in horas,
Dic numeris, garri? garrule, fare tuis.
Nocte, die muſas, luſus, noua carmina voluo,
Dulce melos miror, grande poęma tuum.
Sume chelin, reſona, reſponde mute, camœnas
Funde tuas, verſus funde poæta tuos.

In Tanterulum continue decreſcentem.

Tanterulus paruus fieri minor vſq; videris,
Decreſcis, minimus, vixq; ſuperſtes adis.
Tanterule infælix tenues vaneſcis in auras,
Et niſi dij ſeruent, nil (mihi crede) breui.
In nihilum properas veluti miſerabilis Echo,
Non vt Tithonus, ſed cito ſicut hylas.
Iam te Stanna parens quæret, paſſimq; vocabit,
Inueniet nuſq; ſedula Tanterulum.
Sentiet ægra parens tandem te voce ſolutum,
Sentiet ac ſolum nomen inane vagum.

In Eundem.

Tanterulum minui miror, ſtupeoq́; minorem
Conficier, quidnam? dic (rogo) Tanterule?
Quid macer es? tenuis quidnam mutaris ab illo?
Quem dixit paucis mater obire cibis?
Quem minimum fieri toties conqueſta puellum,
Quod paterere famem, quod paterere ſitim.
Neſcia nocte die murem te rodere ſemper,
Semper habere manu, ſemper habere ſinu.
Paſce, bibe, vt creſcas, bona Mus bellaria rode,
Aut bos fies, aut rana paluſtris eris.

De obitu Tanteruli.

Tanterulus tandem nuſq̃ deperditus aſtas,
Inuiſus, toto mortuus orbe vagus.
Tanteruli demum nuſq̃ ſpectabilis vmbra,
Vanuit illud hilum deniq; Tanteruli.
Stamna parens natum, geminæ fratremq́; ſorores
Plorant, percutiunt pectora nigra manu.
Flet pater exiguus fatum, patruiq; puſilli,
Fortunam, caſum ſemper vbiq; grauem.
Flentq; piæ neptes minimæ, minimiq; nepotes.
Inuiſam mortem nocte, dieq; tuam.
Flent Galli, Gallinę, pulli, quiſquis amicus,
Obſtupet interitum gens pia quæq; tuum.
In dubio, obitus fuerit, fuerit ne volatus,
Aut abitus, vel mox raptus ab orbe tuus.
Aſt ego, qui minimum vidi, fieriq; minorem
Continue, dixi, non ſupereſſe diu.
En ego non mendax tenues vaneſcere in auras
Præfatus nihilum quicquid in orbe tuum.

Tanteruli nuſquam inuenti Cenotaphium.

Non hic Tanterulus ſitus eſt, tamen hic iacet extra
Nomen, cur non hic corpus? inane fuit.

Ad Gallulum Decaſtichum.

Gallule iam tempus cantes, aurora rubeſcit,
Lucifer atq; diem nocte abeunte refert.
Phoſphorus almus adeſt, vocem da Gallule, canta,
Canta cucurucu terq́; quaterq́; tuum.
Pennas pande tuas; plauſu iam diſcute ſomnum;
Accelera, quid agis? concine, tempus abit.
Gallule cur mutis? cur iam non percutis alis
Aera? cur almum non canis ire diem?
Gallule ni cantes, faciam ſine teſte Caponem;
Sic vere, & falsò gallule Gallus eris.

In Gallum Caponem Indicum inter Gallinas laſciuientem.

Galle Capo infelix hilari cur carmine cantas?
Cur furis? & plaudis? perſtrepis inter aues?
Quidnam te cantus; quid vox te rauca iuuabit?
Quid ſtrepitus? plauſus? qd rota? quidue furor?
Improbe cur fingis? ſimulas? fallisq; ſorores?
Cur fruſtra calcas? cur ſine teſte premis?
Deſine ab inceſtu fœdo; falſoq; ſororum
Concubitu; Venerem pone, fugaq; tuam.
Non tibi ſat dempti teſtes? ſat lumina Gallo
Eruta, nam cæcus, nam ſine teſte ſimul.
Galle tuo ſine teſte gemes; ſine lumine flebis,
Galle breui cauea, Galle iacebis humi.
Galle capo ſine teſte iace, ſine luce quieſce,
Paſce, bibe, & dormi, paſtus, obeſus obi.

De Conuiuio Saliari, & dulci ſodalitio, Carmen.

Conuiuas ſolitos omnes, ſolitosq; ſodales,
Conuoco ſympoſijs nocte, dieq; meis.
Dulces Conuiuæ, cari, gratiq; ſodales,
Appoſitis dapibus ſemper adeſte meis.
Inuito, quoties vitulus tener, Agnus, & Hædus
Lacteus, & Lumbus, Sumen, & vber, Aper.
Inuito, quoties mihi Ceruus, Dama, Lepusq;,
Optima de ſyluis capta ferina caro.
Inuito, quoties volucris Iunonia, Gallus
Indicus, atq; Capo grandis, obeſus adeſt.
Inuito, quoties Turdus, quotiesq; Coturnix,
Et Pauus, & Perdix, Anſer, Anasq; grauis.
Inuito, quoties mihi Paſer, Gobio, Rhombus,
Sturio, Lampetra, Carpio, Trocta, Lupus.
Inuito, quoties Aurata mihi, mihi Solea, Scombrus,
Mugilis, & Thynnus, Oſtrea vulſa mari.
Inuito, quoties mihi ſunt Bellaria, fructus
Multiplices, ſaturæ dulcia dona gulæ.
Inuito, quoties mollis mihi copia Bacchi,
Mellitæ Cereris, Nectaris, Ambroſiæ.

Impoſtor, furumq́; Comes, Scelerumq; repertor,
Per fas, perq; nefas, iusq́;, piumq́; negat.
Lutherus, Leno, Latro; exlex, Atheos, ecce
Quàm bene labe patet, q̃ bene labe viget.

Ad Eundem.

Garrule quid garris? blateras quid Rabula, quidue
Latras? quid mordes? quid canis ore rabis?
Quid conare miſer, quid nam moliris inepte?
Mentis inops nugis quid meditare tuis?
Deſine iam vanas vulgo diſpergere voces.
Deſine, iam gerras Garrule ſiſte tuas.
Rabula lingua tibi nocuit, ſemperq́; nocebit
Stultiloquo iuueni, vaniloquoq; ſeni.
Garrulitas tua cauſa tuę temeraria famę,
Multiplicis, varij, nominis orbe tui.

Ad Zachariam Delphinum.

Quàm bene nunc fortuna fauet Delphine merenti,
Aſpirat, nutrit, teq́; benigna fouet.
Quàm bene conceptis ſuccedit proſpera votis,
Omnibus optatis q́ꝫq́; ſecunda tuis.
Indole virtutem, Sophiam mihi, ſpemq́; futuram
Monſtraſti, Veneta dum puer vrbe tuam.
Dum me diſcipulus comis, ſtudioſus adires,
Prædixi illuſtrem te fore in orbe virum.
Non me decepit Phœbus non Iuppiter æquus,
En verum de te vaticinatus ego.
Gratulor euentu tali, tantoq́; ſalubri,
Gaudeo ſucceſſu, geſtio iamq́; tuo.
Det tibi Mons quodcunq; cupis, quodcunq; mereris,
Teq́; beet natum, ceu pater vſq; ſuum.
Mons te fælicem potis eſt, potis eſtq́; beatum
Reddere, Montigenam tollere ad aſtra ſimul.
Dij precor aſpirent, pia dij tua vota regantq́;,
Conſeruent, ſtatuant, ac bona cuncta velint.
Iamq́; vale, noſtriq́; memor de Monte beato
Cerne elegum Carmen, cerne poœma meum.

Ad Vincentium Riccium.

Non ego Mæonio cecini fera prælia verſu,
Non vatis noſtri grande Maronis opus.
Magnos magna decet, paruos ac parua poetas
Materia, ingenijs commoda ſumpta ſuis.
Ingenio pro quiſq; ſuo, pro viribus alta
Molitur, necnon ima Poeta facit.
Naſonem varium vatem, plenumq; Tibullum
Æmulor, en Elegis lene poema meis.
Sed graue Naſonis carmen, Diueſq; Tibulli,
Dulce melos, miris grata Camæna modis.
Da veniam ſi carmen iners, ſi carmen inane,
Da veniam, noſtrum ſi leue, pauper opus.

De Paſtorum rudium, vitioſorumq; electione.

Luge iam virtus, probitas, ſapientia luge,
Luge tot tantis insq;, piumq; malis.
Luge Relligio, Cultis, veneratio Diuum,
Excrucia, inſani, nam tibi nullus honos.

En ruditas, vitium, Pedor, Sæuitia, faſtus,
Impietas ſolijs iactat vbiq; tuis.
En falſum nouere viri, nouere quod atrum eſt
Quod prauum, duplex, exitiale, ferum.
Nolunt (cerne) Sophos, Lumen, noluntq; ſalutem,
Sed nubem, Aſophiam, ſed ſibi perniciem.
Quãq̃ voce viris faueant doctis, attamen ecce
Indoctum capiunt pro duce, Rege virum.
Collegam nunc (cerne) patrem, nũc quiſq; ſodalem,
Conuiuam, comitem, vult, cupit eſſe ſuum.
Quis non ſympoſium, quis non conuiuia quærat?
Quis non obſeruet dulce ſodalitium?
Quis non virtuti vitium, luciq; tenebras?
Quis non doctrinæ præferat aſopiam?
Ignarum, obſcœnum Chriſti decet eſſe miniſtrum,
Ἄσοφον, ἀσελγὴν, ἄθεον, οὐτιδανόν.
Hinc cælebs, hinc caſte procul, ſyncere, pudice,
Sobrie vade viam, vade modeſte foras.
Hinc ſtudioſe procul, ſacræ qui legis amator,
Qui fidei cultor, relligionis, abi.
Diſce gulam, Veneremq; tene, monſtraq; Lyeum,
Hæc ſunt in pretio, cognita in æde vigent.

Ad Libellum peregre nimium morantem.

Iam tempus redeas Domino (mihi crede) Libelle,
Expecto, propera, care libelle redi.
Cur tantum differs? cur iam non inde recedis?
Curue domum tandem non petis inde tuam?
Oblitus ne tui patris? fratrum ne tuorum
Immemor? ah vecors, ah ſine mente redi.
Quidnam ſegnis ibi lateas? peregrinus, & hoſpes,
Transfuga quid demum, quid fugitiuus agis?
Dic (rogo) nun Boreã nudus, nun frigus, & acrem
Horreſcis glaciem? nun ſcythicamq; niuem?
Non nudus Boream, glaciem, ſed vulnera inermis
Horreſco, morſus, verba canina, notas.
Veſtior, ac ornor, nitidus, mundatus ab omni
Labe. Domum veniam, teq; videbo breui.
Caſside conſpicuus, Clypeo, thorace reuertar,
Hoplomachus contra qualiacunq; canum.
Non ego latratus, rabiem, denteſq; caninos,
Cum mecum ſcuto fortis athleta ſuo.
Cum pugil ancipiti defendat ſtrenuus enſe,
Cum tegat intrepidum, cumq; Iouita iuuet.

Ægide cum Pallas, Phœbus, cum Iuppiter æquus,
Numine, Diuina me tueantur ope.
Critice quid mecum? quid mecum Rabula? (cerne)
Non leue, laſciuum, carmen inane meum.

Ad Iouitam vere vitam iuuantem.

Ab Ioue, ſiue viuo nomen tibi rite Iouita
Impoſitum, nomen dulce, ſalubre, pium.
Ex paucis, rariſq; viris, quos Iuppiter æquus
Diligit, aut virtus ſydera ad alta vehit,
Solus ades (mihi crede) bonus (mihi crede) benignus,
Humanus, comis, officioſus homo.
Vir pius, & clemens, humilis, ſublimis, & exors,
Integer, ac nulla labe notandus adis.
Grammaticus, Rhetor, vates, dotatus in omni
Dogmate. Quodnam te dogma, ſophoſq; fugit?
Omne tenes, calleſq; bonum, monſtraſq;, doceſq;,
Inſtruis, ac vitam ſemper vbiq; iuuas.
Dij bene te ſeruent, tibi Dij dent ſæcla Sibyllæ,
Teq; beent meritum tempus in omne virum.

De Paſtoris Electione Optima.

Gaude iam virtus, probitas, ſapientia gaude,
Gaude tot, tantis iusq; , piumq; bonis.
Gaude relligio, cultus, veneratio diuum,
Exulta, geſti, nam tibi ſummus honos.
En doctrina, fides, pietas, clementia, candor,
En Sophia in ſolijs ſplendet vbiq; tuis.
En verum nouere viri, nouere quod æquum eſt,
Quod ſimplex, nitidum, quodq; ſalubre, pium.
Quamuis voce ſuis faueant, proſint, tamen omnes
Selectum capiunt pro Duce, Rege virum.
Solertem iam quisq; patrem, iam quisq; ſeuerum,
Exortem, eximium vult, cupit eſſe ſuum.
Quis non ingenium, quiſnam non dogma requira?
Quis non obſeruet, malit, honoret, alat?
Quis non Aſophiæ Sophiam, vitioq; perennem
Virtutem, tenebris lumen & anteferat?
Quiq; ſalem malunt, lucem, maluntq; ſalutem,
Quàm nubem, Aſophiam, q; ſibi perniciem.
Diſce ſalem, lucemq; tene, monſtraq; ſalutem,
Hæc ſunt in pretio, cognita in æde vigent.

In mortem Puerorum immaturam.

Ah fatum inuiſum, fatum miſerabile, fatum
Indignum, pueros cum fera Parca rapis.
Non pudet ah Lacheſis fructus decerpere crudos?
Ante diem ſegetes falce ſecare ſuam?
Cur matrum Clothò crudelis ab vbere natos
Abſtrahis; in Stygios deijcis atra lacus?
Impia cur Clotho lugentes cogis, & vrges?
In Cymbam cani calce Charontis agis?
Infantes immane nefas Acheronta videre
Cocytum, Lethen, ac Phlegethonta trucem.
Heu dolor, heu gemitus, lachrymæ, ſoſpiria, Plãctus,
Heu patrum pugnis pectora tuſa feris.
Spes ſublata boni mundo eſt deflenda futuri
Maxima, da fletum fœmina, virq; pium.
Mærorem, luctumq; grauem moſtrate parentes,
Corde, animo, vultu, voce, dolore, habitu.

Franciſci Perſichelli hendecaſyllabum.

Salue Turrigeræ decus Cremonæ,
Cui Nymphę Adriacæ chelin miniſtrant,
Cui cætusq́; fauet nouem ſororum,
Cui Phœbus merito dedit coronam.
Et vatem proprio vocauit ore.
Cuius fama virûm volat per ora.
Et paſſim celebrat perenne nomen.
Seu te Gregorium iubes vocari,
Apparet ſtudium, vigilq́; cura,
Qua noctes pariter diesq́; curas,
Priſcorum monumenta lectitare,
Magnorum Procerum docere Alumnos.
Seu Græchorreus es, mihi videris
Græcarum horrea lata litterarum
Præ te ferre. agedum bone, o, ſacerdos,
Et rarę pater eruditionis,
Imperti vigilantiæ Leporem,
φράσιν, καὶ πρέπον ἀττικὸν λόγιο.

Benedicti Paganini Epigramma.

Naſonis Muſam mirabar, & hera Tibulli,
Et Veronenſis nobile vatis opus.
Carmina doctiloqui mirabar culta Properti,
Et cuius tollit Bilbilis ingenium.
Sed cum mirarer, nondum tua carmina vidi,
Nota nec ingenij vena benigna tui.
Ecce tibi triplex modulatur gratia, labris,
Inq; tuis Pitho nobile pulſat ebur.
Ex hædera Nymphæ pulchram fecere corollam,
Cæſariem cupiunt, qua decorare tuam.
Ecce tibi Clarius præſenti pectine cantat,
Aſpirat numeris ecce Thalia tuis.
Cætera mellifluis aſſurgunt Numina chartis,
Vnde breui Vates carmina factus agis.
Suſcipe noſtra (precor) pacata fronte Sacerdos
Carmina, non plectro connumeranda tuo.
Iamq; Vale (obteſtor) faueant tibi Numina Cæli,
Perpetuum viuas, & memor eſto mei.

Ad Lectorem.

Non te preterit (ſcio) Humanum eſſe errare, & labi. Nemo .n. adeo ſapiens quin aliquando labatur, & erret. non omnia poſſumus omnes, & quandoq; bonus dormitat Homerus, errores igitur, Antiteta, literarumq; inuerſiones, additiones, & diſectiones, ſiquas videris noſtro in libello, factas ſcito non negligentia correctorum, ſed corruptorum inſcitia, incurria, imo nimia quadam feſtinatione Impreſſorum reuidendi locum, & tempus non dantuim, cognoſce igitur verum, vide (precor) meq; excuſatum habe, & veniam dato. C. car. 21. fragãters pro fragranteis F. ca. 45. fortiſſimis pro fortiſſimus. car. 48. inſignus pro inſignis. car. 50. titolos pro titulos. G. car. 51. quod pro quot. H. car. 61. oris pro horis. S. car. 142. aſpectm p aſpectum. T. c. 149. amans pro amicus. alia tu vero errata, quæcũq; aſpicies, aſteriſco, aut obeliſco emẽdato, gratiſſimum facies Vale, & bene, beateq; ſemper age, & viue, equiq; Conſule.

mplicitas, Robur, Sapientia, Tempus adhærent
Quattuor inſigni iuncta decora meo.
nnulus en, Adamas, Serpens, en (cerne) Columba,
Grata domus veterum ſerta Trophæa Ducum.



preſſum Venetijs, per Franciſcum Marcolinum
Cum gratia, & Priuilegio, Menſis Nouēber
M. D. LI.

O
N
N
In
A
N
S
L

De fœlici fato infantum.

O felix fatum, fatum mirabile, fatum
Diuinum, pueros cum libitina rapis.
Non dedecus Lacheſis teneros decerpere flores,
Lilia, Narciſos, vngue ſecare roſas.
Non matrum Clotho crudelis ab vbere natos
Abſtrahis, in ſtygios non iacis atra lacus.
Inſontes animę Ditis non Tartara tangunt,
Non Styga, non Lethen, non Acheronta vident.
Aera per liquidum cælos, ac æthera tranant,
Empyreumq́; ſimul cum Ioue rite colunt.
Nō dolor eſt, gemitus, lachrymæ, ſuſpiria, planctus,
Non patrum pugnis pectora tuſa feris.
Spes allata boni mundo eſt pſallenda futuri
Maxima, da pſalmum fœmina, virq́; pium.
Lætitiam, cantumq́; leuem monſtrate parentes,
Corde, animo, vultu, voce, nitore, habitu.

In Amorem Patriæ vtriusq; Terrenæ, & Cæleſtis.

Terra homini portus, ſtatio mare piſcibus, aer
Alitibus, cælum dijs ſuper aſtra Domus.
Aere (cerne) volant volucres, nant æquore piſces,
Huc illuc paßim nocte dieq; vagi.
Dij requiem, pacemq; tenent; Dij Nectare Læti,
Ambroſia fauſti. Dij bona cuncta pij.
Quiſq; ſuo fælix genere eſt, ſpecieq; beatus,
Sorte ſua ſtabilis, corde quietus agit.
Solus homo querulus, triſtis, miſer, anxius, æger,
Sollicitus, pernox, irrequietus, inops.
Extorris, profugus, exul, peregrinus, & hoſpes,
Infælix nusq; mente quietus agit.
Inſtabilis, varius, erro, mutabilis vſq;,
Contentus nunq̃ conditione ſua.
Dulce ſolum quamuis omne extorri, tamen vnum
Dulcius eſt cunctis, gratius eſtq; locis.
Nil equidem melius patria, nil carius, vnde
Ortus, quo peregre quisq; redire cupit.
Quis non ingenti patriæ diſtractus amore?
Quisue poteſt patriæ non memor vſq; ſuæ?

Quis non in patriam pauper, ſeu diues ab omni
Orbe ruit? laribus non auet eſſe ſuis?
Quis non exilij finem, non degere dulci
In patria? inq; ſuis deniq; poſſe mori?
Quis non diſſolui demum? non viuere Chriſto?
Non in cæleſti ſede manere velit?
Omnes, non dubium eſt, optant hinc inde reuerti
In patriam, ſtare, viuere, ibiq; frui.
Pax vbi, vera quies, noſtrorum meta laborum,
Gloria cum diuis, cum Ioue vita, ſalus.

πρὸς Ἀναγνώστην

Ματθαῖος Εὐαγγελιστὴς περὶ τῆς ἀληθείας λέγων ἔφη.
Ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν ναὶ, ναί· οὒ, οὔ, τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν, ὅθεν οὖν ἀληθὲς ἐγὼ γὰρ ἔπεσι τοῖς ἐμοῖς λέλεχα, ὥσπερ ἡ παροιμία τὰ σῦκα, σῦκα
καὶ σκάφη σκάφην, οὐδὲν ψευδόμενος, ἀλήθεια
γὰρ θυγάτηρ χρόνου ἐστὶν, ἐποίησα δὲ, καὶ ἐτέλεσα
βίβλιον τοῦτο, μικρὸν μὲν, καὶ ῥᾴδιον, ἀληθινὸν
δὲ, καὶ χρήσιμον ἅπασι ἀνάγνωθι, βλέπε,
μάνθανε, καὶ δίδου τὸν κρότον, καὶ
σὺ μετὰ χαρᾶς τόσον, καὶ πλεῖον
πρᾶγμα τὸ βιωφελὲς
ποίησον.

ἔρρωσο, χαῖρε, καὶ ὑγίαινε.

ΤΕΛΟΣ.

by Google